

B. N. L.

BOETII

DE DIVISIONIBUS

DE DEFINITIONIBUS

RESERVADO

1485

B. N. L.

RESERVADO

Microfilmado
em
21/2/94
Pau Lawrence

ms
1485-

1485


licentiosus, qui nimia utitur licentia

Nimirum libere loqueris. / Tibi licet
esse bonum virum, et bono viro. s.

~~causa: metum: sed nutritum~~

32/ Absolvuntur ab omnibus casibus de superius dispensat
videlicet excommunicationis interdicti suspensio-
nis et ab omnibus sententijs a iure vel
ab homine generatis, tatis etiam celebrates
suscipientes ordine in loco interdicto
etiam in casu simonie et coeptis solvi
hereticorum relapsorum scismaticorum
deseretium prohibita ad fideles et
trans apticas falsificatiu casibus.

35. Eligunt confessorum suae congregationis
et in casu necessitatis quicumque maluerint
a quo semel vita et in mortis articulo
ab omnibus casibus etiam sedi apostolica reservatis
absolvuntur ac plenaria consecuntur peccatorum remissione



2
Ex uocatis parte flagelabant sine intermissione
non se se comprehendere potest. ^{MO} ^{MO}

libris
vii



Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matulis. ps. 137

Introductiones Terminorum Clichtouei.

Diffinitiones Termini.



Terminus, est Quod aliquid claudit & terminat.

Terminus rei, est cuiuslibet rei finis ac ultimum.

Terminus propositionis, est propositionis extremum.

Propositio, est oratio indicatiua, verum vel falsum significans.

Oratio indicatiua, est quæ ex verbo indicatiuo constituitur.

Extremum, est subiectum vel prædicatum.

Subiectum est extremum, copulam verbalem præcedens.

Prædicatum verò, sequens.

Copula verbalis, est verbum substantiuum, propositionis extrema copulans.

Terminus vocalis, est terminus qui ore proferitur.

Scriptus, qui scribitur.

Mentalis verò, qui mente concipitur.

Terminus vniuocus, est qui vnica ratione significationeque sua significata significat.

A Equiuocus, qui diuersis.

A Equiuocus, homonymus.

Terminus categorematicus, est qui aliquid significat: & syncategorema non includit.

Significare, est præter seipsum, intellectui quicquam representare.

Terminus categorematicus, terminus significatiuus, categorema, idem.

Terminus mixtus, est qui terminum categorematicum simul & syncategorema includit.

*terminus pro
positionis subiecti
fieri dicitur*



Syncategorema, est quod per se nihil significat, aliis ta
 men dictionibus in oratione adiungitur.
 Syncategorema, con significatiuum, idem.
 Terminus materialis, est qui pro sola voce, cum eam ex
 impositione non significet, accipitur.
 Terminus materialis, termin⁹ materialiter accept⁹, idē
 Terminus personalis, est qui pro re ipsa quam ex impo
 sitione designat, sumitur.
 Terminus psonalis, terminus personaliter acceptus,
 terminus significatiuē acceptus, idem.
 Terminus incomplexus, est simplex terminus, & ex
 pluribus dictionibus minimē constitutus.
 Cōplexus verò, qui ex multis cōstituitur dictionibus.
 Terminus absolutus, est qui solū illud pro quo in pro
 positione supponit, significat.
 Cōnotatiuus autē, qui vltra id ipsum aliud importat.
 Et hic præterea concretū dicitur, & denominatiuum.
 Substantiuum autem, ei voce & significato respondēs,
 abstratum eius est, & denominans.
 Termin⁹ cōmunis, est qui natus ē predicari de plurib⁹.
 Predicari, est verē & affirmatiuē de aliquo enuntiare.
 Terminus cōmunis, vniuersale, prædicabile, idem.
 Termin⁹ singularis, est q. de plurib⁹ prædicari nō potest
 Terminus singularis, terminus discretus, singulare,
 indiuiduum, idem.
 Terminus primæ intentionis, est qui significat res,
 quæ non sunt signa.
 Terminus primæ intētionis, terminus primæ impo
 sitionis, terminus primē intēcionaliter sumptus, idem.
 Terminus secūde intētionis, ē qui solū signa significat
 Signa, signa doctrinalia.
 Terminus secūde intētionis, terminus secūde impo

fitiois, terminus secūde intēcionaliter acceptus, idem.
Signū, est quod præter seipsū, alicuius est significatiuū.
Quod quidem si res sit quæ neq; est vox, neq; scriptu-
ra, neq; conceptus, signum reale dicitur.

Si verò tale signum terminus est, aut ex terminis cōpo-
sitū, & ad doctrinā accōmodatum, signū est doctrinale
Vox, scriptura, conceptus.

Terminus logicus, est terminus secundæ intentionis,
qui logicæ est determinationis.

Non logicus, qui ad alterius disciplinæ rationalis con-
siderationem spectat.

Disciplina rationalis, est quæ præcipuam sermonis cu-
ram, peculiaremq; determinationem agit.

Grammatica, Logica, Rhetorica.

Congruum, verum, ornatum.

Disciplina rationalis, disciplina sermocinalis, idem.

Diuisio, est termini communioris in plures termi-
nos minus communes diductio.

Diductio, partitio, sectio, distributio, idem.

Terminus communior, est qui altero plura significat.

Minus communis, qui pauciora.

Diuisum, est terminus communior, qui diuiditur.

Membra diuidentia, sunt termini minus communes,
qui diuidunt.

Diffinitio, est oratio, quid sit diffinitum conuertibi-
liter explicans,

Diffinitū, ē dictio, quæ à diffinitioe cōuersim explicat.

Cōuersim, conuertibiliter, idem.

Ea conuertibiliter dicuntur, quæ vniuersaliter de se
in vicem & mutuo verificantur.

Argumentatio, est vnius propositionis ex alia per cō-
sequentiā

sequentia notam, illatio.

Argumentatio, consequentia, idem.

Nota consequentia, est coniunctio, vnam ex altera propositionem sequi denotans.

Nota consequentia, nota illationis, idem.

Antecedens, est prima pars argumentationis, & alteram propositionem inferens.

Antecedens, assumptum, idem.

Consequens, est argumentationis secunda pars, & quae ex altera propositione infertur.

Consequens, conclusio, idem.

Maior, est prima pars antecedentis, & coniunctionem copulatiuam praecedens.

Minor, est antecedentis secunda pars, & coniunctionem copulatiuam, aut eius aequivalentem sequens.

Concedere propositionem, est ipsam veram esse admittere.

Propositio vera, est quae ut res est, ita significat.

Negare propositionem, est asserere ipsam esse falsam.

Propositio falsa, est quae aliter quam res se habet, significat.

Distinguere propositionem, est ipsam multiplicem in plures sensus dirimere.

Dirimere, diuidere.

Propositio multiplex, est propositio diuersos habens sensus.

Antecedens, Consequens, Maior, Minor.

Concedere consequentiam, est datam argumentationem bonam esse admittere.

Bona consequentia, est cuius si antecedens sit verum, & consequens simul verum esse, est necesse.

Negare consequentiam, est asserere datam argumentationem

tionem esse malam.

Mala consequētia, est cuius & si antecedens sit verum, non oportet eius consequens simul esse verum.

Distinguere consequentiam, est ob aliquā diuersitatē ei accidentem, ipsam modo bonam, & modo malam esse ostendere.

Regulæ terminorum.

¶ Prima regula.

In disciplinis, æquiuocatio summopere fugiendā est.

¶ Secunda regula.

In prædicationibus doctrinalibus, termini significatiuē, & non materialiter, accipiuntur.

¶ Tertia regula.

Termini singulāres, à disciplinarum consideratione sunt reiecti.

¶ Quarta regula.

Termini logici, in secundæ intentionis significantia sunt accipiendi.

¶ Quinta regula.

In disciplinis, omnia expendenda sunt secundum materiam subiectam.

¶ Sexta regula.

Diētio in genitiuo, partitionis notam præcedens, est diuisum, quæ verò sequuntur, mēbra sunt diuidētia.

¶ Nota partitionis, est diētio partitiua in diuisione posita, vt aliquis, alius, hic, ille.

¶ Septima regula.

Quod ad quæsitium, qd, de aliquo cōuenienter respōdetur, ē diffinitio, & quod interrogatur, est eius diffinitum.

¶ Octaua regula.

Cum diffinitum de aliquo per quæsitium, quare, inter

rogatur, protinus respondenda est eius diffinitio.

¶ Nona regula.

Omnis diffinitio, per applicationem eius ad varia exempla particulatim declaranda est & intelligenda.

¶ Decima regula.

Propositio notæ illationis præposita, est argumentationis antecedens, posposita verò, consequens.

¶ Undecima regula.

Ad argumentationem & quæstionem ne respondeas, priusquam repetueris illam. Nam præceptum & impræmeditata responsio, carere vitio non solet.

¶ Quæstio, est cum nota interrogationis sumpta dubitabilis propositio.

¶ Notæ interrogationis sunt, Cur, Quare, Quid, An, Ne, Vtrum, & similes.

¶ Duodecima regula.

¶ Proposita ab opponente argumentatione, & eadem à respondente semel repetita, ad singulas eius partes iterum singulatim renuncandas, qua proponitur serie, particulatim est respondendum.

¶ Modi autem respondendi sunt tres, Concedere, Negare, Distinguere.

¶ Decimatertia regula.

¶ Omnis propositio ab opponente proposita, cum peculiari suæ denominationis, vt antecedentis, consequentis, maioris aut minoris expressione, à respondente est concedenda, neganda, aut distinguenda.

¶ Opponens est qui alteri argumentum proponit, negatum probat, & datam solutionem sequenti obiectione impugnat.

¶ Respondens, est qui argumentationem ab altero propositam diluit, & dissolvit.

¶ **Decimaquarta regula.**

¶ **In disputatione, propositio vera est concedenda, falsa, neganda, & multiplex, distinguenda.**

¶ **Idem consequentia bona est concedenda, mala, neganda, & multiplex, distinguenda.**

¶ **Disputatio, est mutue exercitationis gratia de aliquo propositio duorum disceptatio.**

¶ **Decimaquinta regula,**

¶ **Cum argumentandi, respondendiq; proprietas potissimum usu ac exercitatione, quemadmodum ars omnis & doctrina, parietur: ut à primis dialecticę rudimentis adolecentes disputationi assuescant, curandum est.**

¶ **Exercitatio, est frequens & assiduus unus eiusdemq; rei usus.**



Vam magnos studiosis affe-
rat fructus scientia diuiden-
di, quāq; apud peripateticā
disciplinā semper hęc fuerit
in honore notitia, docet &
Andronici diligētissimi se-
nis de diuisiōe liber editus,
& hic idem a Plotino grauif-
ūmo philosopho cōproba-
tus, & in libri Platonis qui
sophistes inscribitur cōmen-
tariis, a Porphyrio repertus, & ab eodē per hanc intro-
ductionis laudata in Carthegorias vtilitas. Dicit enim
fore necessariā generis spectei differentiē proprii acci-
dētisq; peritiā, tū propter alia multa, tum propter vti-
liratē quę est maxima partiendi. Quare quoniā maxi-
mus vtilis facillimaq; doctrina ē, ego quoq; id sicut ple-
raq; omnia romanis auribus tradēs introductiōis modo
habita in eandē rem cōpetenti subtiliq; tractatione &
moderata breuitate p̄scripsi, vt nec anxietas diuise ora-
tionis & nō perfectę sentētie, legentiū mētibus ingera-
tur, nec supuacūa locacitatē harum rerū inexpectes ru-
des insolertesq; noui audientiū mētes habere est equū.
Nec vllus liuor id quod & arduū natura est & ignotū
nostris, nobis autē magno labore & legentium vtilitate
diegestum, obliquis morsibus obtrctatiois obsuscet.
Dentq; potius viā studiis nunc ignoscendo, nunc etiā
cōprobando q̄ frena bonis artibus stringāt, dū q̄ deuid
nouū est impudētī obstinatione repudiāt. Quis enim

quicq̄

non videat plurimum ad bonarum artium defectum valere, si apud mentes hominum nunq̄ sit desperatio displicendi. Sed hæc hæctenus.

¶ Nunc diuisionis ipsius nomē diuidendū est, & secū dū vnūquodq; diuisionis vocabulū vniuscuiusq; propositi proprietates partesq; tradēda sunt. Diuisio nāq; multis modis dicitur. Est enim diuisio generis in species. Est rursus diuisio quū totū in proprias diuiditur partes. Est alia cū vox significans multa in significationes proprias recipit sectionē. Præter has autē tres est alia diuisio quæ secundum accidēs fieri dicitur. Huius autē est triplex modus, vnus cū subiectū in accidentia separamus. Alter cū accidens in subiecta diuidimus. Tertius cū accidēs in accidentia secamus, hoc ita fit, si vtraq; eidē subiecto inesse videantur. Sed harū ōnium exēpla subdēda sunt, quatenus huius totius ratio diuisionis elucescat.

¶ Genus diuidimus in species, cum dicimus, animalium alia sunt rationalia, alia irrationalia. Rationalium, alia mortalia, alia immortalia. Vel cū dicimus, coloris alia quidem alba sunt, alia nigra, alia media. Oportet autem omnē diuisionem generis in species, aut in duas partes fieri, aut in plures. Sed neq; infinitæ species esse generis possunt, nec minus duabus. Hoc autem cur eueniat posterius demonstrandum est.

¶ Totū vero in partes diuiditur, quoties in ea, ex quibus est compositum, vnumquodq; resoluiamus, vt cū dico domus aliud est tectum, aliud paries, aliud fundamentū, & hominem coniungi anima & corpore. Cūq; hominis dicimus partes esse Catonem Virgilium Ciceronē & singulos, qui cum particulares sint, vim tamē
totius

DE DIVISIONIBVS

candidorum alia sunt dura vt margarita, alia liquētia, vt lac. Liqueor nōq; & albedo atq; durities hæc sunt accidentia. Sed album in dura atq; liquida separatū est. Cum ergo sic dicimus accidens, in alia accidentia separamus. sed huiusmodi diuisio vicissim semper in alterutra permutatur. Possumus enim dicere eorū quæ dura sunt alia sunt nigra alia alba, & rursus eorum quæ liquida sunt alba & alia sunt nigra. Sed hæc rursus cōuersa diuidimus eorum quæ sunt nigra, alia sunt liquētia, alia sunt dura.

¶ Differt autē huiusmodi diuisio ab omnibus quæ supradictæ sunt. Nam neq; significatiōē partiri possumus in voces vbi vox in proprias significatiōes discernatur. Nec partes in totū diuidūtur, quæ totum separatur in partes, nec species secantur in genera, licet genus in species diuidatur. Quod vero supius dictū est hanc diuisiōē ita fieri, si vtraq; cōtingeret eidem inesse subiecto, si attētius perspicitur liquet. Nam cū dicimus eorū quæ sunt dura alia esse alba, alia nigra, vt est lapis atq; ebenus, manifestū est ebenu vtraq; inesse & duritiem & nigredinē. In ceteris quoq; id diligēs lector inueniet.

¶ Quibus autem summa operatio veritatis inquiritur his prius intelligendum est quæ sit omnium horum proprietas simul, quibusq; inter se sigillatim differentiis segregentur. Omnis enim vocis & generis totiusq; diuisio secundum se diuisio nūcupatur. Reliquas vero tres in accidentis distributione ponuntur. Secundum se autem diuisio huiusmodi differentia est. Differt enim diuisio generis à vocis diuisione, quæ vox quidem in proprias significatiōes separatur. Genus vero non in significatiōes, sed in quasdam à se quo dāmodo

tiones

procreaciones distungitur, & genus semper speciei proprie totum est, vt vniuersalius in natura, equiuocatio vero vniuersalior quidē significata re dicitur tantum in voce, non etiā totū in natura. Illo quoq; modo à vocis distributione diuiditur q̄ nihil habent cōmune præter solum nomē quæ sub voce sunt. Quæ vero sub genere collocantur, & nomē generis diffinitionē suscipiunt. Amplius quoq; nō eadē apud omnes vocis distributio est. Quod enim apud nos dicitur canis cum eius multæ significationes in lingua romana sint, simpliciter fortasse prædicatur in barbara, cū ea quæ apud nos vno nomine nūcupantur, illi pluribus fortasse significēt. Generis vero apud omnes eadem diuisio distributioq; permanet. Vnde fit vt vocis quidem diuisio ad positionem consuetudinēq; pertineat, generis vero ad naturam. Nam quod apud omnes idē est naturæ est. Consuetudis vero est, quod apud aliquos permittatur. Et hæc quæ sunt differentiæ generis distributionis & vocis. Generis quoq; factio à totius distributione sciūgitur, q̄ totius diuisio secundū quātitatē fit. Partes enim totā substantiā cōiungētes actū, aut ratione animi & cogitatione separātur. Generis vero distributio qualitate perficitur. Nā cū hominē sub animali locauro, tūc q̄litate diuisio facta est. Quale nāq; animal est hō, idcirco quāque dā q̄litate formatur. Vnde quale animal sit homo interrogatus respōdebit, aut rationale aut certe mortale. **C**Amplius genus omne naturaliter prius est propriis speciebus, totum autē propriis partibus posterius est. Partes autem quæ totum coniungunt, sed compositi sui perfectionē alias natura tūc alias ratione quoq; temporis antecedunt. Vnde fit vt genus in posteriora, totū

DE DIVISIONIBVS

vero in priora soluamus. Hinc quoq; illud vere dicitur,
 si genus interimatur statim species deperire. Si species
 interempta sit, non peremptum genus in natura con-
 sistere. Contra euenit in toto. Nam si pars totius perit,
 totum non erit, cuius pars vna sit interempta. Sed si
 totum pereat partes permanent distribute, vt si de in-
 tegra domo q̄s abstulerit tectū totū quod atē fuit inte-
 remit. Sed p̄pto toto, parietes & fundamēta cōstabūt.

¶ Amplius quoq; genus speciebus materia est. Nam
 sicut es accepta forma trāsīt in statu ī, ita genus accepta
 differētia transit in speciē. Totius vero partiū multitu-
 do materia est, forma vero earundem partium compo-
 sitio. Nam sicut species constat ex genere & differentia,
 totum constat ex partibus vnde fit, vt totū ab vna-
 iuaq; parte sua partium ipsarum compositione disse-
 rat, species v̄ro à genere differentiaē coniunctione.

Amplius quoq; species idē sēp quod genus est vt ho-
 mo est idē quod animal, & virtus idē est quod habitus.
 Artes vero non semper idem sunt quod totum. Neq;
 nim manus idem est quod homo, nec idem paries q̄
 lomus. Et in his quæ dissimiles partes habent, hoc cla-
 rum est. Sed non eodem modo in his quæ similes ha-
 bent partes, vt in æris virgula, cuius partes quæ sunt cō-
 tinuæ quoniam eiusdem sunt æris, videntur idem esse
 quod totū est, sed falso, fortasse enim idem sunt partes
 huiusmodi in substantia non etiam in quantitate.

¶ Restat autem vocis & totius distributiois differētiās
 dare. Differunt autem q̄ totum quidem cōstat ex par-
 tibus. Vox vero non constat ex his quæ significat, & fit
 totius diuisio quidem in partes, vocis autem nō fit in
 partes, sed in eas res, quas ipsa vox significat, vnde fit
 et sublata

DE DIVISIONIBVS

vt sublata parte vna totum pereat, sublata vna re quæ vox significat multa designâs, vox illa permaneat.

¶ Nunc ergo quoniam secundum se diuisionis differentia dicta sunt, generis distributio pertractetur. Primum quidem genus quod sic diffiniendum est. Genus est quod prædicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quod est. species vero est quam sub genere collocamus. Differentia est, qua aliud ab alio distare proponimus. Et est quidem genus quod interrogati quid quæque res sit, conuenit responderi. Differentia est quæ ad qualis percunctationem rectissime responderetur. Nam cum quis interrogat, quid est homo, recte animal, Qualis est homo conuenienter rationalis responderetur.

¶ Diuiditur autem genus alias in species, alias in differentias, si species quibus oportet genus diuidi nominibus carent, vt cum dico animalium alia rationalia sunt, alia irrationalia. Rationale & irrationale sunt differentia. Sed quoniam speciei huius quæ est animal rationale, nomen vnum non est, idcirco pro specie differentiam ponimus, eamque superiori generi copulamus. Omnis enim differentia in proprium genus veniens speciem facit. Vnde fit vt materia quedam genus sit forma differentia. Cum autem propriis nominibus species appellatur, non in differentias sed in species fit recta generis diuisio, vnde est vt ex pluribus terminis diffinitio coligatur. Si enim omnes species suis nominibus appellaretur, ex duobus solis terminis omnis fieret diffinitio, vt cum dico, quid est homo quod mihi necesse esset dicere animal rationale mortale, si animal rationale esset proprio nomine nuncupatum, quod cum reliquis quoque differentia id est mortali iunctum diffinitionem

DE DIVISIONIBVS

hominis verissima ratione & integra conclusione perficeret? Nunc autē ad definitiones specierum integras diuisio necessaria est, & fortasse in eodem diuisionis & definitionis ratio versatur. Nam diuisionibus iunctis vna componitur definitio.

¶ Sed quoniam alia sunt equiuoca alia vniuoca, & quę sunt vniuoca ipsa in generum suscipimus sectiones. Quę vero sunt equiuoca in his diuisio sola significationis est. videndum est prius quid sit æquiuocum quid vniuocum, ne cum ista fefellerint æquiuocum nomē quasi in species, ita in significatiuas voces resoluamus. Vnde fit vt rursus ad diuisionē necessaria sit definitio. Quid enim sit æquiuocū quid vniuocum definitione colligimus.

¶ Sunt autem differentiæ alię per se, alię vero per accidens, & harum alię sunt consequentes statim, alię relinquentes statim. Relinquentes huiusmodi sunt, vt dormire vel sedere vel stare vel vigilare, persequentibus vero vt capilli crispī, si non sunt amissi, & glauci oculi, si non sint quadam extrinsecus debilitate turbati. Sed hæc ad diuisionem generis sumenda non sunt. Neq; enim ad definitionis sunt cōmoda. omne enim quod ad diuisionem generis aptum est, idem ad definitionē rectissime congregamus. Illa vero quę per se sunt sola ad diuisionem generis apta sunt. Hęc enim in formant & per fiunt vniuscuiusq; substantiam, vt hominis rationalitas & mortalitas. Sed has quemadmodum probare possimus vtrum ex eo sint genere statim relinquētium, an persequentium, an in substantia permanentiū hoc modo est videndum. Neq; enim sufficit scire quas in diuisione sumamus, nisi illud quoq; cognitum sit, quemadmodū

10

DE DIVISIONIBVS

quæadmodum easdem ipsas quæ sumenda, & quæ rei
 ciendæ sunt rectissime cognoscamus. Videndum ergo
 primum est, vtrum proposita differentia omni possit,
 & semper inesse subiecto. q̄ si ipsa vel actum vel ratioe
 seiungitur, hæc à diuisione generis separanda est. Si enī
 sepe & actu & ratioe seiūgūtur, ex eorum genere sunt,
 quæ statim relinquunt, vt sedere, quod frequentius
 quidē separatur & actu ipso à subiecto diuiditur. Quæ
 vero ratione sola à subiecto diuiduntur, ea sunt conle-
 quentium differentiarum, vt glaucis oculis esse à sub-
 iecto ratione seiūgimus, vt cum dico animal est lumi-
 nibus glaucis, vt quilibet homo. q̄ si hic non esset hu-
 iusmodi, nō eum res aliqua esse hominē prohiberet.
 Aliud rursus est quod nō possit ratione separari, quod
 si separatū sit species interimatur, vt cū dicimus inesse
 homini vt solus numerare possit, vel geometriā disce-
 re. q̄ si hæc possibilitas ab homini seiungitur, homo
 ipse non permanet. Sed hæc non statim earum differen-
 tiarum sunt quæ substantia insunt. Nam nō idcirco ho-
 mo est quoniā hæc facere potest, sed quoniā rationalis
 est atq; mortalis. Hæc igitur differentia per quas species
 consistit, ipsæ & in diffinitione speciei, vt hominis, &
 in generis eius diuisione, quod cōtinet speciē vt ipsum
 hominē collocantur, & vniuersaliter dicendū est, quæ-
 cunq; differentia huiusmodi sunt, vt nō modo præter
 eas species esse non possit, sed per eas solas sit, hæc vel in
 diuisione generis, vel in speciei diffinitione sumēdæ sūt.
 ¶ Quoniā vero quedam sunt, quæ differunt, quæ cōtra
 se in diuisionibus poni nō debēt, vt in animali rationa-
 le & bipes. Nullus enim dicit animalium alia sūt ratio-
 nalia, alia duos pedes habētia, idcirco q̄ rationale &

DE DIVISIONIBVS

bipes licet differat, nulla tñ à se oppositione sciũgunt. Cõstat quęcũq; à se aliqua oppositione differũt eas solas differẽtias sub genere positas, genus ipsũ posse disiungere. Sunt autẽ quattuor oppositiones, aut vt contraria, vt bonũ malo, aut vt habitus & priuatio, vt visus & cæcitas, Quanq̃ sint & quẽdam res in quibus discernere difficultas sit, vtrũ in contrariis an in priuatione & habitu eas oporteat collocari, vt sũt motus, quies, sanitas, egritudo, vigilatio, sõnus, lux, tenebræ. Sed hæc alias, nũc de reliqs oppositionibus dicendũ est. Tertia oppositio ẽ quẽ ẽ secũdũ affirmationẽ & negationẽ, vt So. viuit. So. nõ viuit. Quarta quæ secũdũ relationẽ vt pater filius, dominus seruus. Secũdum quas igitur harũ oppositionũ q̃ttuor diuisio generis fit, rectissima rõe monstrandum est. Manifestũ est enim & oppositiões esse q̃ttuor, & genera & spēs per opposita separari. Nũc ergo dicẽdũ est, secũdũ quã oppositiõnẽ harũ quattuor vel quẽadmodũ species à genere disijungi cõueniat. & prima quidẽ sit oppositio cõtradictioni. Voco autẽ cõtradictionis oppositiõnẽ, quẽ affirmationẽ & negatiõnẽ proponitur. In hac igitur negatio per se nullã speciẽ facit. Nam cũ dico homo vel equus, vel aliquid huiusmodi species sunt. Quicquid autẽ negatiõnẽ quis protulerit, speciẽ nõ declarat. Non enim esse hominẽ species nõ est. ois enim species cõstituit esse. Negatio vero quicquid proponit ab eo quod est eẽ disiũgit, vt cũ dico hõ quasi sit quiddã lucutus sum. Cum vero nõ homo substantiã hominis negatione destruxi. Sic igitur p. se caret diuisio generis in species negatione. Necessẽ est autẽ sepe speciẽ negatione cõponere, cũ ea quã simpliciter nomine speciẽ volum⁹ designare, nullo vocabulo nũcupatur,

DE DIVISIONIBVS

patur, vt cū dico impariū numerorū alii sunt primi,
 vt tres quinq; septē. Alii non primi vt nouē. Et rursus
 figurarū alię sū rectissime, alię nō rectissime, & colorū
 alii sunt albi alii nigri, alii nec albi nec nigri. Ergo qm̄
 vnū nomē speciebus positum nō est, eas negatiōe pro
 ferre necesse est. Hoc igit cogit interdū necessitas nō na
 tura. Ideoq; quotiēs negatione facimus sectionē, pri^o
 aut affirmatio, aut simplex dicēdum ē nomē, vt est nu
 merorū, alii sunt primi, alii non primi. Nam si prius
 negatio dicta sit tardior sit ei rei quā proponim⁹ intel
 lectus. Nam cū primum dicis esse aliquos primos nu
 meros, cū quales sint primi exēplo vel diffinitioē do
 cueris, q̄les nō sū primi, mox auditor itelligit. Si vero
 ecōtrario feceris, aut neutrū subito, aut tardi⁹ vtrunq;
 cognoscer. Diuisio enim q̄ propter apertissimā generis
 naturā reperta est, debet poti⁹ ad intelligibiliora dedu
 cere. Amplius quoq; prior ē affirmatio, posterior vero
 negatio. Quod aut primū ē, in diuisioē quoq; primit⁹
 oportet ordinari. Necesse quoq; est leper infinitis fini
 ta esse priora, vt equale inēquali, virtutē vitiis, certum
 incerto, stabile & fixū instabili & mutabili. Sed omnia
 que aut definita parte oratiois aut affirmatioē proferū
 tur, plus finita sunt, q̄ aut nomē cum particula negati
 ua, aut tota negatio. Quare finito poti⁹ q̄ infinito ē fa
 ciēda diuisio. Sed si cui per hęc quēdā paretur anxietas
 aut obscuriora sū fortasse q̄ ipse desiderat, nihil ad me
 facile cognitionē pollicentē. Neq; enim rudibus hęc
 totius artis, sed ibutis & vltiore pene loco progressis
 legēda & discēda proponimus. Qui vero huius operis
 .i. dialectici ordo sit, cū de ordine p̄pateticę disciplinę
 mihi dicendū esset, diligēter exposui. Hęc quidē dicta

DE DIVISIONIBVS

sunt de oppositiōe quā affirmatio & negatio cōstituit. **¶** Illa vero quę secūdū habitū priuationemq; fit, ipsa quoq; videtur sup̄iori esse cōsimilis. Negat enim quodāmodo priuatio habitus, sed differt q̄ semper quidē potest esse negatio. priuatio aut̄ nō semp, sed tūc q̄ndo hēre habitū possibile est. hoc vero nos iam prædicamēta docuere. **¶** Quare forma quędā intelligitur eē priuatio Non enim tm̄ priuat, sed etiā certa seipsam priuatum quęq; disponit. Neq; enim cæcitas oculū solū priuat lumine, sed ip̄a quoq; secūdū se priuatū luce disponit. cęc⁹ enim dicitur ad priuationē quodā modo disposit⁹ & affectus. & hoc quoq; Aristoteles testatur in phisicis. Vnde fit vt priuationis differētia ad generis diuisionē frequēter vtamur. Sed hic quoq; eodem modo sicut in cōtradictione faciendū est. prius enim ponēdus est habitus, q̄ est affirmationi cōsimilis. post vero priuatio quæ negationi. Aliquotiēs tamē priuationes quædam habitus vocabulo proferūtur, vt orbus, cęcus, viduus. Aliquotiēs tamē particula priuationis, vt cū dicimus finitū infinitū, & æquale, inæquale. Sed in his æquale, & finitum in diuisione ponēda sunt prima priuationis secundæ. Ac de oppositiōe quidem priuationis & habitus hæc dicta sufficiant.

¶ Contrarior vero oppositio dubitatur fortasse an secundum priuationem & habitum esse videatur, vt album & nigrum, an album quidem priuatio nigri sit, nigrū vero albi. Sed hæc alias. Nunc autē ita tractandū est tanq̄ si sit aliud oppositionis genus, sicut est prædicamentis ab ipso quoq; Aristotele dispositū. In contrariis autē generum multa diuisio est. Fere enim cūctas differētiās in contraria ducimus. Sed quoniam contra-

riorum

12

DE DIVISIONIBVS

riorū alia sūt medio carētia, alia mediata, ita quoq; di-
 uisio faciēda est, vt colorū, alia sunt nigra, alia sunt al-
 ba, alia neutra. Fieret autē omnis diffinitio, omnisq; di-
 uisio duobus terminis nisi, vt supra dictū est, indigen-
 tia quę sepe existit in noīe prohiberet. Quo autē modo
 vtręq; duobus terminis fierēt, erit manifestū hoc mō.
 Cū enim dico animalū alia rationalia sunt, alia irra-
 tionalia, aīal rationale ad hominis diffinitionē cōtēdit
 Sed quoniā animalis rationalis vnum nomen non est
 positū ponamus ei nomen. a. litteram. Rursus. a. litte-
 rę quod ē aīal rationale, alia mortalia sūt, alia immor-
 talia. Volentes igitur diffinitionē hominis reddere di-
 cem⁹ .homo est .a. mortale. Nā si ē hominis diffinitio
 aīal rationale mortale, animal verō rationale per. a. lit-
 terā significatur. idē sentit. a. mortale tāquā si diceretur
 animal rationale mortale. a. enim, vt dictū est, animal
 rationale significat. Sic ergo. a. littera & mortali duob⁹
 terminis facta est hominis diffinitio. q; si reperirētur in
 ōnibus quoq; nomina duobus terminis semper tota
 fieret diffinitio. Diuisio quoq; nominib⁹ positis qm̄
 semper in duos terminos seccatur, manifestū est, si q;
 generi & differentię cū deest nomē imponat, vt cū di-
 cimus figurarū quę sunt trilatere, alia sunt equilaterę,
 alię duo latera habētes equalia, alię totę inęuales sūt.
 Trina igit diuisio si sic pferetur fieret duplex, figurarū
 quę sunt trilatere, alię sunt eq̄les, alię inęuales. Inęq̄
 lū alię sunt duo latera tm̄ habētes, alię tria inęqualia
 idēst oīa, & cum dicimus rerū omnium alia sunt mala,
 alia sunt bona, alia indifferentia, quę scilicet neq; bona,
 neq; mala sunt, sed si ita diceretur gēina fieret diuisio.
 Rerū omnium alia sunt differētia, alia indifferentia. Diffe-

DE DIVISIONIBVS

rentium alia sunt bona alia mala. Ita ergo diuisio oīs in gemina secaret, si speciebus & differentiis vocabula nō deessent. Quartā vero oppositionē dixim⁹ quę ē secū-
dū ad aliqd, vt pater filius, dominus seruus, duplū di-
midiū, sensibile, sensus. Hęc igitur nullam habēt sub-
stantialē differentiā, qua à se inuicē discrepent, immo
potius habent huiusmodi cognationē qua ad se inuicē
referūtur, ac sine se esse nō possunt. Nō est ergo generis
in relatiuas ptes faciendā diuisio, sed tota hmōi sectio
à genere separāda est. Neq; enim hominis ē species ser-
uus aut dominus, nec numeri duplū aut dimidiū. Cū
igit quatuor sint differentiæ oppositionū affirmatiōis,
& negationis, si nō necesse est semp tamē relatiōis rei-
ciēda est diuisio priuatiōis & habitus, & contrariorum
sumendę. Maxime aut contrarietas in differentiis ponē-
da est necnō, & priuatio idcirco quoniā quidam contra
habitum contrarium videtur opponere, vt est finitū
& infinitū. Quāq; enim priuatio sit infinitū, tamen cō-
trarii imaginatione formatur. Est quēdā nāq; vt dictū
est, forma. Dignū vero inquisitū est, utrū in species an
in differentiās recte genera diuidantur. Diffinitio nāq;
diuisionis generis est in species proximas distributio.
Oportet igit secūdū naturā diuisionis secūdū diffiniti-
onē in pprias species semp fieri generis disgregationē.
Sed hoc interdum fieri nequit propter eam quā supra
reddidimus causam. Multis enim speciebus non sunt
nomina. Atq; ideo quoniā quędam sūt genera prima
quędā vltima, quędā media, primum quidem vt sub-
stantia, vltimū vt animal, medium vt corpus, corpus
nāq; animalis genus est, substantia corporis. Sed quę-
admodum neq; super substantiā quicq; inueniri potest
quod generis

13

DE DIVISIONIBVS

quod generis loco valeat collocari sic neq; sub aīali, hō
 species nāq; nō genus est. Quare antiquior videbitur
 speciei diuisio, si indigentia nominū non sit. q; si his
 nō abundamus, genera prima vsq; ad vltima cōuenit
 in differentias separare. Hoc autē fit hoc modo, vt pri
 mū genus in suas differentias disgregemus non in po
 sterioris, & rursus posterius in suas, sed nō in postero
 ris. Neq; enim eadē sunt differentie corporis quæ ani
 malis. Siq; enim dicat, substantiarū aliud corporale, ali
 ud icorporale, recte diuisionē fecerit. hę nāq; differentie
 proprię substantiæ sunt. Si vero dicat, substantiarū alia
 sūt animata, alia inanimata, hic nō recte substantiæ dif
 ferētias segregauit. Corpus nāq; differentie hæ sunt nō
 substantiæ id est secūdi generis non primi. Quare mani
 festū est secūdū proprias differentias, nō secūdū posteri
 oris generis priorū generū diuisionē faciendā eē. Quo
 tiēs autē genus aut in differentias, aut in species disol
 uitur, post diuisionē factā mox diffinitiones, aut exē
 pla subdenda sunt. Sed nq; diffinitionibus non abun
 det, satis est exēpla subiicere, vt cum dicimus corporū
 alia sunt animata subiiciam⁹ vt homines vel ferā, alia
 inanimata, vt lapides. Oportet autē diuisionē quoq;
 sicut terminū, neq; diminutam esse, neq; superfluam.
 Nā neq; plures species q̄ sub genere sūt, oportet oppo
 ni nec pauciores, vt ī seipsa diuisio, sicut termin⁹ cōuer
 tatur. cōuertitur enim termin⁹ sic virtus est mentis ha
 bitus optimus. Rursus mentis habitus optimus virtus
 est. sicutian diuisio. omne enim genus eorum aliquid
 quæ sunt species erit. Rursus quęlibet species propriū
 genus est. Fit autē generis eiusdem diuisio multiplici
 ter vt omnū corporū, & quęcūq; sunt alicui⁹ magni

DE DIVISIONIBVS

tudinis. Sicut enim circulum in semicirculos, & in eos, quos greci vocat *τόμωε*, nos diuisiones possumus dicere, distribuimus, & tetragonum alias ducta per angulū diametro in triangula, alias in parallelogramata, alias in tetragona separamus. Ita quoque genus ut cum dicimus numerorū alii sunt pares, alii impares, & rursus alii primi, alii non primi. Triangulorum alia sunt æquilatera, alia duo sola latera equalia habentia, alia totis inæqualibus lateribus. & rursus triangulorum alia sunt retriangula, alia acutos habentia tres angulos, alia obtusos. Sic igitur generis vnius fit multiplex diuisio. Illud autē scire per vtile est, quoniā genus vna quodā modo multarum specierum similitudo est, quæ earū omnium cōuenientiā substantialem monstret, atque ideo collectiuū plurimarum specierū genus est. Distinctiue vero vnius generis species, quæ quoniā differentiis informantur, ut dictū est, idcirco sub vno genere minus duabus speciebus esse non possunt. omnis enim differentia in differentiū pluralitate consistit. Sed de diuisione generis & speciei plura dicta sunt. Hanc igitur insistentibus viam præoptior per diuisionē generis ad speciei diffinitionē facultas aperitur. Oportet autē non solum quas ad diffinitionem sumamus differentias adiscere, sed ipsius diffinitionis artē diligentissima cognitiōe cōplecti. Et illud quod an vlla possit diffinitio demonstrari, & quæadmodū per demonstrationē valeat inueniri, & quæcumque de ea subtili⁹ in postremis analyticis ab Aristotele præactata sūt prætermittā. Solam tamē exequar diffiniēdi regulā.

¶ Rerū enim aliæ sunt superiores, alię inferiores, aliæ mediæ. Superiores quidē diffinitio nulla cōplectitur, idcirco quod earū superiora genera inueniri non possunt.

Porro

DE DIVISIONIBVS

Porro aut inferiores ut sunt indiuidua, ipsæ quoque species cificis differentiis carent. Quocirca à diffinitione quoque seclusa sunt. Mediæ igitur quæ & habent genera, & de aliis generibus, vel de speciebus, vel de indiuiduis prædicantur sub diffinitione cadere possunt. Data igitur huiusmodi species quæ & genus habeat, & de posterioribus prædicetur, primo eius sumo genus, & illius generis differentiis diuido, & adiungo differentiâ generi, & video utrum illa iuncta cum genere æqualis possit esse cum specie ea, quâ circumscribendam diffinitione suscipi. Quod si minor fuerit species, illam rursus differentiâ quam dudum cum genere posueramus quasi genus ponimus, eamque in alias suas differentiis separamus, & rursus has duas differentiis superiori generi coniungimus. & si æquauit speciem diffinitio speciei esse dicetur. Si vero minus fuerit secundas differentiis rursus in alias separamus. Quas omnes coniungimus cum genere, & rursus speculamur, si omnes differentiis cum genere æquales sint speciei, quæ diffinitur. & postremo toties differentiis differentiis distributum usque dum omnes iunctæ generi speciem æquali diffinitione describant. Huius autem rei clarior est faciendæ exempla notitiâ hoc modo. Sit enim nobis propositum quod diffinire velimus nomen vocabulum nominis de pluribus nominibus prædicatur, & quædam species est continens sub se indiuidua. Diffinitio ergo nomen sic. sumo eius genus quod est vox, & diuido illud uocum aliis sunt significatiue, alie uero minime, vox non si significatiua nihil ad nomen. & enim nomen significat. Sumo ergo differentiâ quæ est significatiua, & cum genere iungo. id est cum uoce, & dico vox significatiua. & tunc respicio utrum genus hoc & differentiâ nomini sint æqualia. Sed nodum sunt æqualia. potest enim vox significatiua esse & non esse

DE DIVISIONIBVS

nomē. Sunt enim quedā voces, quæ dolorē designant, alię q̄ animi passiōes naturaliter quę nomina nō sunt vt interiectiōes. Rursus ipsam vocē significatiuam in alias differētiās diuido vocū significatiuarum, aliæ sūt secundum positionē hominū aliæ naturaliter, & vox quę significās naturaliter nihil ad nomē. vox vero significās secundum positionē hominū nomini cōgruit. Quocirca has duas differētiās significatiuā & secundum positionē iūgo cū voce. i. cum genere, & dico nomē est vox significatiua secundū placitū. Sed rursus mihi nō æq̄tur ad nomē. Sūt nāq; & verba voces significatiuæ & secundū positionē. Non igit solius nominis diffinitio est. Distribuo iterū differētiā quæ ē secundū positionē. & dico secundū positionē vocū significatiuarū alię cum t̄pre, alię sine t̄pre, & differētia quidē cum tempore nōi nō coniūgitur, idcirco q̄ verborū est significare tēpora, nominū vero minime. Restat ergo vt cōgruat illa differētia quę ē sine tēpre. Iungo igitur has tres differētiās generi, & dico, nomē est vox significatiua ad placitū sine t̄pre. Sed rursus mihi nō plena conclusio diffinitiois occurrit. potest enim & vox significatiua & secundū positionē & sine tēpre esse, & nomē non esse vnū, sed nomina iuncta quæ est oratio, vt Socrates cū Platone & discipulis. sed quāq̄ imperfecta sit hęc oratio, tamē oratio est. Quocirca vltima differētia quę est sine t̄pre, aliis itē differētiis diuidēda est, & dicem⁹. vocum significatiuarū secundū positionū sine t̄pre, aliæ sunt q̄rū pars aliquid significat extra. hoc pertinet ad orationē, alię quarū pars nihil extra significat. hoc pertinet ad nomē. Nominis enim pars nihil extra significat. Fit ergo diffinitio sic. Nomen est vox significatiua ad placitū

DE DIVISIONIBVS

placitū sine tēpore, cui⁹ nulla ps extra significat separata. Vides ne igit q̄ recta diffinitio cōstituta sit? Nā quod dixi vocē à ceteris sonis nomē disiūxi, q̄ significatiuā apposui, nomē ab nō significatiuis vocibus separaui. q̄ secūdū placitū & sine tēpore à naturaliter significatiuis vocib⁹, & à verbis proprietatis noīs disiūcta est. q̄ ei⁹ partes nihil significare extra proposui, ab oratiōe disiunxi, cuius partes aliquid separate extra significāt. vnde fit, vt quodecūq; nomē fuerit, illa diffinitioē claudatur, & vbiq; hęc oratio diffinitionis aprabitur, illud esse nomē non dubites. Illud quoq; dicendū est, q̄ genus in diuisione totū est, in diffinitioē pars. & sic diffinitio est, quasi quædā partes totū coniūgant, & sic est diuisio quasi totum soluat in partes, & est similis diuisio generis totius diuisioni, diffinitio totius cōpositioni. Namq; in diuisione generis animal totū est hoīs. Intra se enim cōplectitur hominē. In diffinitioē vero pars est. Species nāq; genus cū aliis differentiis iūctum cōponit, vt cum dico animalium alia sūt rationalia, alia irrationalia, & rursus rationalium alia sunt mortalia, alia immortalia, animal rationalis totum est, & rursus rationale mortalis & hæc tria sunt hominis. Si vero in diffinitione dicam, animal rationale mortale. tria hæc vnū hominē coniungunt. Quocirca pars ipsius hominis & genus & differentia reperitur. Sic ergo in diuisione genus est totum species pars. Eodē quoq; modo differentia totū sunt, species in quas illæ diuiduntur, partes sunt. In diffinitioē vero & gen⁹ & differentia partes sunt. Diffinita vero species totū. sed hæc hæctenus. Nunc de ea diuisione dicimus quæ est totius in partes. enim erat secūda diuisio post generis diuisionem.

DE DIVISIONIBVS

Quod enim dicimus totū multipliciter significam⁹.
 Totū nāq; est quod cōtinuum est, vt corpus vel linea
 vel aliqd huiusmodi. Dicimus quoq; totū quod non
 continuū est, vt totum gregem, vel totum populū, vel
 totum exercitū. Dicimus totū quod vniuersale est, vt
 hominē vel equū. Hi enim totū sunt suarum partium
 idest hominū vel equorū, vnde & particulare vnum
 quēq; hominē dicimus. Dicitur quoq; totum quod ex
 quibusdā virtutibus cōstat, vt animę alia est potentia
 sapiēdi, alia sentiēdi, alia vegetandi. Tot igitur modis
 cum totū dicatur, faciēda est diuisio totius. primo qdē
 si continuū fuerit in eas partes, ex quibus ipsum totū
 cōstare perspicitur. Aliter enim nō fit diuisio. Homis
 enim corp⁹ in partes suas ita diuidim⁹ in caput, in ma
 nus, in toracē & pedes, & si quo alio modo in proprias
 partes fit recta diuisio. Quorū autē multiplex est com
 positio, multiplex est diuisio, vt animal quidē separe
 tur in partes eas quę sibi similes habent partes in
 carnes & ossa. Rursus in eas quę sibi non habēt similes
 partes in manus in pedes. Eodē quoq; mō & manus &
 domus. Librū quoq; in versos atq; hos in sermones,
 hos autē in syllabas, syllabas in litteras soluimus. Itaq;
 fit vt syllabę & litterę, & nomina, & versus partes quę
 dam totius libri esse videātur. alio tamē modo acceptę
 non partes totius, sed partes partiū sunt. Oportet autē
 non ōnia speculari quasi actū diuidātur, sed quasi aīo
 & ratiōe, vt vinū aquę mixtū diuidimus in vina aquę
 mixta hęc actū. diuidimus etiā in vinū & aquam, ex
 qb⁹ mixtū est hęc ratiōe. hęc enim iā mixta actū sepa
 rari nō possunt. Fit autē diuisio totius & in materiā atq;
 formā. Aliter enim cōstat statua ex partibus suis, aliter

ex materia

DE DIVISIONIBVS

ex materia & forma idest ex ære & specie. Similiter autem etiam tota illa diuidenda sunt, quæ continua non sunt. eodem quoque modo & ea quæ sunt vniuersalia, vt hominum alii sunt in Europa, alii in Africa, alii in Asia. Eius quoque totius quod ex virtutibus constat, hoc modo facienda est diuisio anime alia pars est in virgulis, alii in animalibus. & rursus eius quæ constat in animalibus, alia est rationalis, alia sensibilis est. Et rursus hæc aliis sub diuisionibus dissipantur. Sed non est anima horum genus, sed totum. partes enim hæc anime sunt, sed non vt in quantitate, sed vt in aliqua potestate & virtute. Ex his enim potentiis substantia anime iungitur vnde fit, vt quidam simile habeat huiusmodi diuisio, & generis, & totius diuisioni. Nam quod si quælibet pars eius fuerit, anime prædicatio eam sequitur, ad generis diuisionem refertur, cuius vbiusque species fuerit, ipsum mox consequitur genus, quod autem non omnis anima omnibus partibus iungitur, sed alia aliis, hoc ad totius naturam refferri necesse est.

¶ Restat vt de vocis significatioes diuisionem tractemus. Fit autem vocis diuisio tribus modis. Diuiditur enim in significatioes plures, vt æquiuoca vel æbigua. Plures enim tres vnũ nomen designant, vt canis. Plures rursus vna oratio, vt cum dico græcos vicisse troianos. Alio autem modo secundum modum. hæc enim non plura significant, sed multis modis, vt cum dicimus infinitum vnam rem significat, cuius terminus inueniri non possit. Sed hoc dicimus, aut secundum mensuram, aut secundum multitudinem, aut secundum speciem secundum mensuram, vt est infinitum esse mundum, magnitudine enim dicimus infinitum, secundum multitudinem, vt est infinitam esse corporum diuisionem. infinitam namque diuisionum multitudinem.

DE DIVISIONIBVS

significam⁹. Rursus secundū speciem, vt infinitas dicimus
 figuras. Infinite enim sunt species figurarū. Dicimus
 etiā infinitū aliqd secundū tēpus, vt infinitū dicimus
 mundū, cui⁹ terminus secundū tēps inueniri nō possit.
 Eodē quoq; modo infinitū dicim⁹ deū, cuius superne
 vitæ terminus inueniri secundūm tempus non possit.
 Sic igitur hęc vox non plura significat secundum se, sed
 multimode de singulis prædicatur. vnum tamen ipsa
 significat. Alter vero modus secundū determinationē.
 Quotiens enim sine determinatiōe dicitur vox vlla,
 facit in intellectu dubitationē, vt est homo. hęc enim
 vox multa significat. Nulla enim diffinitione con-
 clusa audientis intelligentia multis captatur flucti-
 bus erroribusq; traducitur. Quid enim quisq; auditor
 itelligat, vbi id quod dicēs loq̄r, nulla determinatio-
 ne cōcludit? Nisi enim quis ita diffiniat dicēs. Omnis
 homo ābulat, aut certe quidā homo ābulat, & nisi hūc
 noīe si ita cōtingit designet, Intellectus audientis quod
 rationabiliter intelligat, nō habet. Sūt ēt aliæ determi-
 nationes, vt si quis dicat, da mihi, quod dare debeas,
 nullus intelligit, nisi intellect⁹, & certa ratio addat de-
 terminatiōis, vel si quis dicat ad me venit, quō veniat
 vel quādo veniat nisi determinatione nō cognoscitu-
 rus. Est autē quidē omne ambiguū dubitabile, non omne
 tamē dubitabile est ambiguū. Hęc enim quæ dicta sūt
 dubitabilia quidē sunt non tamē ambigua. In ābiguis
 enim vtraq; auditor rationabiliter seipsū intellexisse
 arbitratur, vt siq; dicat. Audio græcos vicisse troianos,
 vnus potest intelligere q̄ græci troianos vicerint, alius
 q̄ troiani græcos. & hęc vterq; dicētis ipsius sermonib⁹
 rationabiliter intelligit. Cum autē dico da mihi, quod
dare

DE DIVISIONIBVS

dare debeat, nullus ex ipsis sermonibus rationabiliter auditor intelligit. Quod enim ego nō dixi, ille potius suspicabit q̄ aliqua rōne id quod à me prolatū non ē, perspicaciter videat. Tot igitur modis cū vocis diuisio fiat. aut per significātiās, aut per modū significatiōnū, aut per determinaciones. In his quæ secundū significātiā diuidūtur, non solū diuidendæ sunt significatiōes, sed etiā diuersas res esse quæ significātur, diffinitione demonstrādū est. Aristoteles enim hæc in topicis diligēter præcepit, vt in his quæ dicūtur bona, alia sunt bona vt ea quæ boni retinēt qualitātē, alia quæ ipsa quidē à q̄litate nulla dicūtur, sed q̄ bonā rem faciūt, idcirco bona dicūtur. Oportet autē maxime exercere hāc artē, vt ipsæ Aristoteles ait, cōtra sophisticas importunitates. Si enī nulla subiecta sit res quā significat vox, significatiua eē non dicitur. sin vero vna res sit quā significat vox dicitur simplex, q̄ si plures, multiplex idest multa significās. Diuidēda ergo hæc recte sunt, ne in aliquo sillogismo capiamur. s̄m vero ap̄hibetā oratio. i. ābigua ē, euenit, vt aliquotiēs vtroq; modo sint possibilια quæ significātur, vt id quod superius dixi. potuit enim fieri vt græci vincerēt troianos, & troiani græcos superarēt. Sūt vero alia quæ ī possibilια sunt, vt cū dico hominē comedere panē, significo quidē q̄ homo panē comedat. rursus q̄ panis hominē comedat, sed hoc ī possibile ē, ergo quotiēs ad contentionē venit, possibilια & impossibilια diuidenda sunt. Quotiēs ad veritatem, possibilια sola dicenda impossibilια relinquenda sunt.

¶ Quoniam vero plures species plura significantium vocum sunt dicendū est, q̄ alia in particula multiplici tatis significatiōem habent, alia in tota oratione. Et

DE DIVISIONIBVS

earū quæ in particula habent, pars ipsa æquiuoca dicit̃. Tota vero ipsa oratio secundum æquiuationem multiplex. Illa vero quæ in oratiōe tota significationis multiplicitatem retinet, ambigua nuncupatur. Diuidūtur autem significationes æquiucarum secundum æquiuationem vnius particulæ orationum diffinitione, vt cum dico homo viuit, intelligitur & verus & pictus. Diuiditur autem hoc modo, animal rationale mortale viuit, quod verū est, animalis rationalis mortalis assimilatio viuit, quod falsū est. Diuiditur et̃ quilibet actiōe quæ determetur, vel generis, vel casus, vel alicuius articuli, vt cū dico, Cāna Romanorū sanguine sorduit, & calamū demonstrat & fluuium, sed diuidimus quæ sic articulo vt dicamus hic cāna Romanorū sanguine sorduit, vel genere, vt cāna Romanorū plenus sanguine fuit vel casu, vel numero. In illo enim tantum singularis. in illo pluralis, & de aliis quidem eodē modo. Sunt autē alia secundum accentum, alia secundum orthographiam. Secundum accentum, vt pōne ponē. Secundum orthographiā, vt quēror & q̄ror ab inquisitione, & quērela. Et rursus hæc secundum orthographiam ipsam diuiduntur, vel secundum actionem & passionē quæror ab inquisitione passiuum est, quēror autem à quærela agentis est.

¶ Ambiguarum vero orationū faciēda est diuisio, aut per adiectionem, aut per diminutionem, aut per diuisionem, aut per aliquam transmutationem, vt cum dicitur, audio troianos vicisse gręcos, ita dicamus. Audio quod gręci vicere troianos. Hæc enim ambiguitas quolibet eorum modo soluitur. Non tamen ita diuidēda est oīsvocum significatio tanquam generis significatio. In genere enim

enim omnes species enumerantur. In ambiguitate vero tantæ sufficiunt, quantæ ad eum sermonem possunt esse vtilis quæ alterutra necesse oratio. Ac de vocis quidem diuisione sufficienter dictum est. Est autem & de generis, totiusq; diuisione propositum atq; expeditum. Quare de omnibus secundum se partitionibus diligentissime pertractatum est. Nunc autem de eis diuisionibus dicemus, quæ per accidens sunt. Harum autem commune præceptum est, quicquid ipsorum diuiditur in opposita disgregari, vt cum subiectum in accidentia diuidimus, non dicimus corporum alia sunt alba, alia sunt dulcia quæ opposita non sunt, sed corporum alia sunt alba, alia sunt nigra, alia neutra. Eodẽ quoq; modo in aliis secundum accidens diuisionibus diuidendum est atq; illud maxime perspiciendum est, ne quid vltra dicatur, aut minus, sicut fit in generis diuisione. Non enim oportet relinqui aliquod accidens ex eadẽ oppositione, quod subiecto illi inest quod non in diuisione dicatur. Neq; vero addi aliquid quod subiecto inesse non possit. Posterior quidem peripateticæ sectæ prudentiæ differentias diuisionum diligentissima ratione perspexit, & per se diuisionem ab ea quæ est secundum accidens, ipsaq; inter se disiunxit ac distribuit. Antiquiores autem indifferenter, & accidente pro genere, & accidentibus pro speciebus aut differentiis utebantur. Vnde nobis per opportuna vtilitas visa est, & communionem harum diuisionum proderet & eas propriis differentiis disgregare. Et de diuisione quidem omni quantum introductionis breuitas patiebatur, diligenter expressimus.

DE DIFFINITIONIBVS
ANICII MANILII SEVERINI

Boetii ex cōsulariis patritii Liber de diffinitionib⁹

Incipit.

DICENDI ac disputandi prima semp oīo est iam dialecticis auctōrib⁹ & ipso. M. Tulio sepius admonēte quæ dicitur diffinitio. Quippe cum in certamen cōtentionemq; nihil possit (quod tamē in dictiōe cōsistat) aliquādo deduci nisi de quo futura pugna est prius fuerit in diffinitione defixū vt possit inter vtrunq; qui initurus ē causa litē esse manifestū quid sit illud de quo in futura qōne tractabitur, vnde non solum cōmoditatis gratia perspicēda est virtus diffiniēdi, quia p hanc oīonem res semp euoluit. Et q illa sit quæ illud de quo queritur explicat, verū et q principalis semp adhibita maximū lumen & manifestū parit rei quæ in cōtrariū deducta habet qōnem. Et enī si verba aut nota oībus extitissent, aut vnā significantiā sui semp tenerent & nō ābiguo vel obscuro dicto audiētes fallerēt, & loquētes subdiuersa interpretatiōe deciperent oīo necessaria minime crederēt. At cū noīa rebus imposita vocesq; singula per existimationē eius q ita res appellādas esse cōfuit ita sint instituta & ita arte cōposita, vt nota quadā in rerū significatiōe non apta declaratiōe ducerēt audiētes. Necessariū admodū arbitror nosse quid sit diffinitio qbusq; spēbus ac pībus cōpleatur, vt facillime & eā rē quā declarat possit oīdere, & tollere tamē cognitis modis in dicēdo sua veritate fastidiū. Ac pri⁹ eiusdē ipsius vt ordinē p præcepta seruare videamur diffiniti
onis

DE DIFFINITIONIBVS

onis adhibēda est diffinitio. *ma, si huiusmodi*

Diffinitio ē (vt. M. Tullius in topicis ait) oratio quæ id quod diffinit explicat qd sit hoc ita patet, & ita intel ligi necesse est, vt & in quo genere sit diffinitio declarā dū eē videatur, & quid cōprehendat & quēad modum pfecte eadem definitio definita est. Noīa vel voces interdū res significāt, interdū facta, interdū singula deā, interdū orōnes, & quāq̄ his oībus factis ac dictis & orationibus genus videtur esse quod dicimus, res tamen proprio noīe & certa significatione aliud esse videatur q̄ factū est aliud q̄ dictū singulare atq; vnicū aliud q̄ oratio. Ergo definitio nō facti vox est non rei alicuius, aut corporalis, aut incorporalis sed est oīo. Et enī talis dictio quæ exprimit qd sit id de quo quēritur, sine dubio appellatur oīo, vt oratio ē exordium & narratio & cetera quæ partes oīonis esse dicimus. Ita ergo & definitio oratio est. Sed qm̄ hoc generale nomen est quod vti diximus cōuenit ēt expōni, narrationi, inuocatiōi, prædicationi, ceteriq; singulis quæ vtiq; oīones esse dicuntur vt id quod generaliter appositū est possit ad id deduci de quo quēritur adiecta est spēs. Querebamus enim qd esset definitio ad quā rem declarandū. M. Tullius adiecit quæ id quod diffinit explicat quod sit talis oratio nō nisi definitio est. Nam oīo qdē est quæ non explicat quod diffinit, sed quod gestum est, & item aliæ singulæ oīones in suis officiiis actionibusq; constitutæ aliud sunt & oratio quæ id quod diffinit explicat quid sit, ita adiecta est spēs, vt cum genus supra sit oīo, spēs sit quæ id quod diffinit. Postremo tamē adiunctum sit quo certi⁹ id & quo magis propriū declaret quod deīn est, explicat qd sit. Sunt enim alię oīones quę explicāt

d ii

DE DIFFINITIONIBVS

magis quale quid sit, aut quantū sit. At vero hęc nihil horū sed tm̄ quid sit explicat. Diuersa est enim in ista partitione cognitio q̄ppe cū aliud est scire quale sit & quid sit explicare. hoc enim in p̄cipienda rei substantia cōtinet̄ illud in qualitate nōscēda, & in hoc q̄dē Ciceronis sit adhibita definitio. Nos tamē aptius id ipsum quid sit definitio nostra explanationē faciamus. Omne quod demonstratur orōne, aut an sit, aut q̄d sit, aut quale sit ostenditur, q̄ cū adhibetur oratio ad declarationē rei alicuius an sit nō est definitio. Item cū q̄le sit aliquid orōne monstratur, pari mō definitio nō erit, cum vero quid sit oñditur quod inter, an sit & quale sit medium est vere est definitio. Ita .s. medium vt an sit nulla iam sit dubitatio. Itē quale sit nō eius qui requirē sed qui definit sit in scia collocatum. Medium inquam hoc genus quod ostēdit id ipsum de quo queritur quid sit definitio nūcupatur. Omnis definitio in qōne rem habet incertam. Omnis res si certa est, definitioe non eget, si incerta est neq; res est & querit definitione monstrari. Omnis enim res si modo iam res est quēadmodū diximus certa est. Cum vero iam certa est & qualitates suas habeat quibus tamē facile cōprehenditur facile quid sit agnoscitur. Nunq̄ enim q̄d sit intelligi potest nisi quale sit fuerit cōprehēsum. Omnis diffinitio aut rei probāde cā, aut si res in questione versatur augēdæ aut si vel apud aduersariū vel apud auditorē quālibet iam nota res est cōfirmandæ assumitur. Nihilomin⁹ tamen diffinitio vt res eadē quæ nota est & certa & fixa teneatur adhibet. Omnis diffinitio, aut rhetorica est oratio aut dialectica, si est rhetorica, originē ex cōtentione suscipiens per rei de qua queritur partes suas se diuidet

diuidet nec in vni⁹ tractatu à suis reb⁹ tota cōsistet, vt cū vniuscuiusq; rei plena & certa pfectio nota sit, cū-ctis p partes sibi eadē distribuāt dicta certantiū. Sepul-
 turę violationē rem etiā certā plenāq; & perfectā reti-
 nemus cum in eruto sepulcro est etiā animus & factū
 violātis vt studio eruēdi & profanandi manes hoc qf-
 piam videatur aggressus. Ergo vti diximus violatio se-
 pulsturę cōstat ex animo & facto. Plenaq; ipsa res est vi-
 olati sepulchri ex his duobus, apperuit sepulchrū qdā
 vt auferret ornamenta. Idem sepulchri violator reus
 in iuditiū deuocat. sine dubio diffinitiuā orōnē & con-
 tentionē exprimētē qd sit violatio sepulsturę necessa-
 rio cā desiderat, sed singulis partibus toti⁹ facti ac ple-
 ni vtuntur oratores, vt sepulsturę violationē ponat vn⁹
 quod apertū sit sepulchrū. Contra alius sepulsturę vio-
 lationē dicat in aīo contineri, ita existit diffinitiuā ora-
 tionis istę tractatus. vt cū totum quod agnoscitur in se-
 pulsturę violationē per partes suas fuerit distributum,
 casq; ptes oratores singuli tenuerint, cōtendēdi gene-
 re diffinitione vti videātur. Sed nō recte dicitur hmōi
 definitio cū nō sit certa nō plena nō integra diffini-
 tio nisi cum totū quicqd ipsius rei est de qua queritur
 exprimens quid sit orō declararit, verū hæc copiosa &
 falsa est, non certa rhetorū diffinitio. Est alia etiā quæ
 rhetoribus accōmodata cognoscitur, quæ lōge à virtu-
 te diffiniēdi plenissime sepatur quæ p collectionē non
 quid sit oñt, sed hoc esse à simili cū aliud sit oratione
 cōcludit, vt cum queritur qd sit accipere, vtiq; re pro-
 pria vera certa nihil aliud est nisi propria manu aliqd
 ab aliquo oblatū sumere, per collectionē. M. Tullius
 definit pecunias accepisse verrē, cū comites sortii mi-
 d iii nistriq;

DE DIFFINITIONIBVS

nistrig; pecunias acceperint. Comites illi tui manus erant tuae. Item in illo exemplo cum queritur quid sit inimicus, dicimus inimicum esse eum qui aliquid mali molitus sit, hac Cicero collectione vtens dicit: Inimicum esse qui facit contra omnem rem voluntatem, honorem dignitatem. Ex quibus colligimus huiusmodi diffinitiones cotentioni oratorum, maxime cōuenire, longe tamē à virtute diffinitionis esse discretas. Sed hae diffinitiones quae oratoribus apte sunt & poëtis, sui explicatione in oratione certum ordinem continent. De qua re præcepta in rethoricis sunt à M. Tullio constituta, ita vt omnis diffinitio hoc est oratio quæ explicat de quo queritur quid sit his membris partibusq; teneatur. Primum vti breuiter id de quo queritur quid sit oratio nostra contineat, & hæc appellatur diffinitio. Deinde eius diffinitionis supponatur approbatio qua illud ostendimus vt id ipsum quod breuiter in diffinitione posuimus, id ita esse argumētōrum rationibus approbemus. Deinde tertio loco inducim⁹ deductionem eiusdē diffinitionis in eam speciem de qua questio est, & de qua iuditiū est constiturū, vt cum generaliter rē diffinierim⁹ & ita esse de quo queritur dixerim⁹. postea approbationē cōstituerimus verū esse quod diffinimus, Tertio loco oñderimus hoc est quod gestū est vel id esse de quo queritur, Quæ oñnis ps appellat deductio generis ad spēm. Quarto loco in oratioō nostra destructionē diffinitionis aduersę ptis, hoc est vti quæadmodū aduersarii diffinierit idipm de quo diffinitionē constituim⁹ proponamus, eaq; aduersariōrū diffinitionē vitiosam esse doceamus quæ quæadmodū vitiosa sit, postea declarabimus. *Habet enim ptes*

DE DIFFINITIONIBVS

suas certas integras de quibus nunc dicere super sedemus.
 Est diffinitio inimicitiarum apud M. Tullium brevis ita
 collocata. An tu maiores inimicitias putas esse quam
 contrarias hominum voluntates & dissimilia studia? hæc
 ut diximus diffinitio rethorica est, & breuiter oratione con-
 clusa quid sint inimicitie. Postquam diffinitionem adhibet
 approbatio fide ac religionem sanctissimam in vita qui
 putat, potest ne ei non inimicus esse qui sana spoliauerit
 omnia? Deinceps reliqua quæ sequuntur, in quo aduer-
 tere illud licet posse coniungi & approbationem diffiniti-
 onis & deductionem diffinitionis in speciem. Namque hic
 M. Tullius inimicitias esse contraria studia & dissimi-
 les voluntates approbat ita ut speciem ipsam de qua quere-
 batur factam verbis includat, potuit enim approbatio
 fieri illas esse inimicitias quæ contrarias continent volun-
 tates, & in rationibus supponendis talis dictio componi cum
 fidem alius seruet infidelis sit alius. Nulla dubitatio est
 quin tali animo non inter se affecti inimici esse credan-
 tur. Item religioso viro irreligiosus inimicus est. Alia
 ergo si ex diuersis studiis & voluntatibus supposita di-
 ceretur sola esset approbatio non etiam deductio gene-
 ris in speciem, aut cum nunc ita nequitur dictio fidem
 sanctissimam in vita qui putat, religionem qui colen-
 dam esse existimat is sine dubio inimicus est ei qui
 sana spoliavit omnia, templa violauit, delubra pollu-
 it. Hic etiam iam veris idem factum de quo quaeri-
 tur ita specialiter continetur & includitur, ut simul
 cum approbatione & deductione diffinitionis in spe-
 ciem clausam teneatur, post adiungitur (ut diximus)
 destructio diffinitionis aduersæ partis, sed per concessi-
 onem id est similitum, an si contra rem meam fecisset

DE DIFFINITIONIBVS

iniuriã aliquis, iure ei me inimicũ esse profiterer. Ponamus igitur aduersæ partis diffinitionẽ talẽ. Inimicitiaẽ sunt cũ contra rem meã aut fecit aliquis, aut dixit iniuriã. Hanc diffinitionẽ sic destruit. M. Tullius, vt confesso eo q̄ ita est diffinitũ, nihilominus & alio modo sunt inimicitiaẽ cũ aliquis faciat contra oĩm rem honorem & dignitatẽ. Talis igitur semp̄ circa rethoricã diffinitionẽ per mēbra q̄tuor restetur oĩo, vt sit diffinitio approbatio diffinitiois, deductio diffinitiois ad spẽm. Deinde postrema deductio diffinitiois partis aduersæ, sed hæc apta rethoricis nõ etiã philosophis cẽ videtur. Illa autẽ quæ philosophorũ propria est etiam oratorib⁹ conuenit eaq; sibi & ad materiã suã & ad propriæ ornamentũ dictionis adiũgit orator. Omnia enĩ recte orator exprimit quæ sunt in dicẽdo philosophorũ. Nam & vero vtĩ argumẽto quod est philosophorũ propriũ; vtitur etiã necessario. At cõtra philosophus in disputationibus propriis rethorũ cũcta condẽnat, neq; enim adiungit aliqñ signũ, neq; quod credibile dĩ, & omne probabile penitus à virtute sui sermonis excludit. Ea ergo diffinitio quæ est philosophorũ propria in rebus exprimẽdis quæ explicat quid sit quale sit quẽadmodũ mēbris suis cõstare debeat exponemus. Diffinitioes esse principia disputãdi & supra dixim⁹, & M. Tullius probat, tum in dialogis omnibus tũ etiã in eo libro q̄ topica inscribitur, in quo docet primũ argumẽtorum locũ esse diffinitionẽ, hoc est à toto cui loco qui appellatur à toto necessario adhibẽda est diffinitio, vt ita argumentũ loc⁹ à toto sit diffinitio. Porro vt supra diximus explicãdi argumẽti, quod à toto est dicitur diffinitio, ergo præceptis & dialecticorũ & philosophorũ oĩm illud

22

DE DIFFINITIONIBVS

illud tenere debemus nō esse diffinitionē nisi solā que in ea re. quā diffinire volumus priusq̄ eius rei esse intel-
ligimus declaret atq; ostēdat substantiā, hoc vt aperti⁹
fiat, si docebimus nullā esse diffinitionem certā inte-
gram approbandā nisi eam quam dicunt philosophi
substantialē græce ουσιωδης appellatur. Quid autē sub-
stantia sit alibi explicādum. Ad cognitionem interim
illud accedat quotiens de aliquo queritur quid sit tunc
posse esse certam ac substantialē diffinitionē, quotiens
eius rei de qua queritur (vti diximus) genus ponimus
etiam certa per differentias in oratione subiungimus.
Non alienū videtur exēplum ponere sic & ad reliqua
quæ sunt obscura trāsire. Queritur homo quid sit huic
vtiq; genus est animal. Cum igitur in diffinitioē, qua
explicabo quid sit homo, animal dixerō ac deinde reli-
quas cōnectā erit substantialis diffinitio. Substantiam
enim hominis declarauī cum dixi animal. Item cum
quero quid sit album aut nigrum. si dixerō album est
color, quia color genus est ab hoc de quo quero album
vel nigrum iam substāialis erit diffinitio quæ incipit
à genere ac sic certa cōnectit. Hæc substantialis esse di-
cetur & hæc propria, & hæc integra hæc à philosophis
probata, ita vt alio modo facta diffinitio nunq̄ esse di-
catur. verum à quibusdam hoc nomen etiā ad alia que
alio modo diffiniuntur sæpe transfertur. Ergo hæc sub-
stantialis diffinitio à .M. Tullio sic explicatur. Opor-
tere nos posito genere eius rei de qua queritur subiun-
gere species, aut alia quæ vicina esse possint discretis cō-
munionibus separemus, & tamdiu interponamus dif-
ferētias, quādiu ad propriū ei⁹ de quo queritur signata
eius expressioē veniam⁹. Ipse in topicis exēpla subiicit.

DE DIFFINITIONIBVS

Nos vero ne fiat in exēplis lectori ex iure cōfusio, hoc proponamus exemplū. Homo est animal rōnale mortale terrenū bipes risus capax. Animal cum dictū est, substantia hominis declarata ē. Est enim (vt supra diximus) ad hominē genus animal. Omne autē genus speciei suæ substantialis est declaratio, sed hic animal quia late patebat adiecta species est terrenū, iam exclusum est, quod aut aeriū est, aut humidū. Bipes vero propter alia aīalia positum est, quę plurimis pedibus inītūtur. Item rōnale propter illa quę rōnis egent. Mortale autē propter id quod deus est. Quibus oībus aīalibus quę cōuenire poterāt, ad superiora in oīone posita discretis atq; disclusis adiectū est, propriū in parte postrema. Est enim solū hominis quod ridet, sic perfecta oīi ex parte diffinitio est ad hominē declarandū cum posito genere exclusis oībus quę poterāt conuenire ad proprietatē eius de quo querebatur puenit oīo. Atq; hoc præceptū tulianū est eovsq; eū qui diffiniat spēs in oīone interponere & abiicere differētiās oportere quousq; ad proprietatē, quę iam cōis esse nō possit sermo pueniat. Verum Aristoteles diffinitionē pfectam & plenā ait consistere ex genere & differētiis, Ex genere etiā & differētiis hoc idē nos supra docuimus, cū interposita spēs differētia sua, alia quę possent esse cōsimilia separaret. Quidā tñ cautiore plentioresq; in docendo diffinitionis ipsi⁹ quasi quādā mēbra constituūt dntq; perfectā diffinitionē istā quā appello substantialē ex quinque partibus idest genere, specie, differētia, accēti, proprio de bere consistere. Sed accēns in diffinitione minimū propriū plurimum valet. Et recte quidē ac vere ista cōmemorāt, nec aliena, aut à principe harū artū Aristoteles,

aut

DE DIFFINITIONIBVS

aut à M. Tullio qui de istis præcepta tradiderūt iudicā
 da sunt. Constat enim his quinq; partibus veluti mē-
 bris suis integra diffinitio, verū & Aristoteles in libris
 quos topica appellauit docuit quid gen⁹ sit, quid spēs,
 qd differētia, quid propriū, qd accidēs. Et plurimi præ-
 terea philosophi libris suis cōplexi harū vim rerum &
 potētīā declararūt. Nos quādo vno libro de his quiq;
 rebus plenissime disputauimus. Ne res rei interposita
 obscuritatē pariat, aut dicta repetamus, lectorem ad li-
 brum qui iam scriptus est si adest ei indigētia ire volu-
 mus. numeri nō esse impedimēto quod hic prætermis-
 sum est aīaduertat. Id enim etiā illis oībus cognitis ex
 præceptorū, necessitate retinebit, in orōne ista substā-
 tialis tandiu interponere debemus spēs & differentias
 q̄diu seclusis oībus quæ hoc idē esse p̄nt eo perueniāt,
 vt proprietates iam certa teneatur. M. Tullius in topicis
 ius ciuile voluit diffinire, & vt oportuit cepit à genere,
 dixit enim in p̄ncipio. Ius ciuile est æquitas, hoc iuris
 genus est. Sed qm̄ eadem æquitas nūc constitutiuā est
 nunc naturalis. ius autem ciuile æquitas est ab hoībus
 instituta, iō adiectum ius ciuile est æquitas cōstitutiuā.
 Posito genere, adiecta specie, spēm aliam separauit sci-
 licet naturalem. Sed qm̄ etiā ius gentiū æquitas, Cōsti-
 tutiuā est, & nō est tamē ciuile, adiectū id quod separe
 potuisset ius gētium his inquit q̄ eiusdē ciuitatis sunt.
 Qua specie interposita ius ciuile discipit. Est etiā nūc
 quod cum altero possit esse cōe, hoc ipsum quod supra
 dictum est vniuersum. Et enim religionum iuri & sa-
 cerōū oīm conuenit. Nanq; ius religionū æquitas est,
 & constitutiuā æquitas & his oībus qui eiusdē sunt ci-
 uitatis. Sed illud ius nō appellam⁹ esse ciuile quod est

DE DIFFINITIONIBVS

pontificum. Hoc igitur vt possit excludere, & ius civile
 vsq; ad propriū diffiniret, adiecit ad res suas obtinēdas,
 demus aliud exm̄ in oñonibus positū, quo facilius res
 & manifestius explicetur. Diffinit. M. Tullius quid sit
 gloria his vt opinor verbis. Gloria inquit est illustris &
 peruagata recte factorū & præ magnorū vel in suos ci-
 ues vel in rempub. vel in omne genus hominū fama
 meritorū. Gloria igitur substācialiter diffinita est, cum
 dictū est fama. Est enim gloriæ genus fama, quæ quia
 nunc rerū malarū est nunc bonarū. Idcirco generi spēs
 addita est illustris quod laus est, fama enim quæ bonarū
 rerum. est, laus, est & illustris. hæc igitur re exclusa est fa-
 ma deterior. & qm̄ hæc fama laudatrix potest nūc pro
 merito nunc vltra meritū esse. frequenter enim aliter
 q̄ res gesta est opinio de aliquo emanauit. Idcirco inqt
 fama meritorū, ea sunt enim merita, quæ cū præstam⁹
 mereri nos gloriā faciunt. Ergo Cicero qui volebat tūc
 gloriā Cesari dare cum reipub. præfuisset. Idcirco ista
 facta vel merita generaliter posita diuisit in spēs, & ad-
 iunxit, cum in suos ciues tū in repub. vel in oñe genus
 hoīm, quæ scilicet factorum recte spēs subiectæ vsq; ad
 proprietatē gloriæ conuenire. habet enim nūc certam
 & verā proprietatē in partibus gloria. Nam oñe quod
 præstamus aut quasi debitū damus, aut q̄ si nō debitū,
 cum recte faciamus si sola facta sunt quæ quasi debita
 sunt, dī illustris fama factorū. Cum aut vltra quod de-
 bitū est facimus, præstandi beniuolētia & benignitate
 tribuendi hæc merita nuncupantur. Conclufit igitur
 vtrunq; genus præstādi cū dixit illustris & peruagata
 fama factorū & præmagnorū cum in repub. tū in oēs
 ciues fama meritorū. Ex his oībus arbitror apertā esse
cam

24

DE DIFFINITIONIBVS

eam diffinitionē quæ substāntialis esse debet sic esse dicendā, vt posito eius rei de qua queritur genere, & adiunctis spēsibus cum dr̄na vsq; ad eius propriū disclusa oīno cōtione veniamus. Ac si velimus iudiciū veri philosophis autoribus sequi. nulla dicetur alia diffinitio. Etenim reliqua intellectu potius rei tribuūt non plenissime qd sit ea res adhibita oratione declarāt, verūtāmē qm̄ trāstato nomine etiā ceterę orōnes hic idem imaginaria dictione retinētes pari nōie nūcupātur vt diffinitiones dicātur, ponendas arbitror reliquas spēs, quo facilius & quod ceteri dicāt nosse possimus & diffinitionis cognitio multiplici mō facile vti supra dictū est diffiniendi veritas reseruet. M. Tullius in topicis de tribus locis primus tractās à toto, à partib⁹ à nota vim à toto argumentū est, vt supra docuimus diffinitionē esse adhibendā dicit, illic enim ponitur genus quo qd res ipsa sit de qua queritur explicetur. At à partibus cū argumentū est etiā ipsa quidē dicitur diffinitio verum translato noie cum enumeratis oībus totius p̄tibus sic quod totū est recognoscitur. hac pene re nihil interest, vtrum diffinitione à toto cūctas partes totius ex diffinitione noscamus, an collectis oībus p̄tibus quod totū ē ex partiū enumeratione capiamus. Cicero talem diffinitionē partium enumerationē appellat, sed eā diffinitioni tribuēs qm̄ & enumeratio partiū idipsum quod queritur quid sit oñt, & hoc idem agit supra posita diffinitio cum orō quoq; quæ quid sit oñt dicitur diffinitio, vnde nulli dubiū est quin etiā ista diffinitio esse dicatur liber posuit igitur explicās quid sit, sed factus vel in contrario quid sit nō liber qm̄ libertas censu datur, datur vindicta, datur testamēto, & hę partes dāde liber-

DE DIFFINITIONIBVS

tatis sunt, si neq; inquit censu neq; vindicta, neq; testa-
 mento liber est, nō est igitur liber hic. positis partibus
 quibus liber efficitur sequitur negatio libertatis si nul-
 la harū partiū in danda libertate præcesserit. Nec vos
 moueat quod qd non sit liber in diffinitione est cōsti-
 turū non qd sit. Par enim ratio est & eadē diffiniendi
 vis, & cū quid non sit ostenditur & quod qdq; sit adhi-
 bita diffinitione nudatur, *Quant.* M. Tullius aliter in
 eodē libro topicorū ait esse duo genera diffinitionum.
 Primū enim cum id quod est diffinitur. Secūdū cū id
 quod sui substantiā non habet hoc est quod non est, &
 hoc partitionis genus in his quæ supra dixi clausit & ex-
 tenuauit. Sed alia esse voluit, quæ esse dicebat alia quæ
 non esse. Esse enim dicit ea quorū subiacet corp⁹, vt cū
 diffinimus qd sit aqua quid ignis. Non autē esse illa in-
 telligi voluit quibus nulla corporalis videtur esse substā-
 tia vt sunt pietas, virt⁹, libertas. Sed nos oīa ista vel quæ
 sunt corporea vel quæ sunt incorporea si in eo accipi-
 untur, vt aut per se esse aut in aliquo esse videantur, in
 vno genere numerāda ducimus, vt ista oīa esse intelli-
 gantur quibus oībus sua potest esse substantia siue illæ cor-
 porales siue vt certissimum est & recto noīe appellari
 possunt qualitates. Verū præter hæc diffinitio est cum
 aliqd quod non sit ostenditur. Diffinitione enī opus est,
 vt possimus docere qd non sit. Ergo si partitione enu-
 meratis partibus quid libertas sit dicim⁹ quid nō sit li-
 bertas eadē partitione monstrabimus. Fiet igitur etiam
 à partibus diffinitio vt si dicā si nec mas est, nec foemina
 homo nō est. Item si nec seru⁹ est nec liber, homo nō
 est. Sane hic ammonendū puto ptes sæpe ab ipso de quo
 querit toto accipi ad eius diffinitionē, sæpe nō ab eodē
217
iii 2
ipso,

DE DIFFINITIONIBVS

ipso, sed ab eo quod ei accidit vt accidētis enumeratio
 partiū possit diffinire quod totum est. Nanq; cū totū
 sit hō de quo queritur qd sit, non eius ptes sunt seruus
 ac liber sed accēna homini. Quorū enumeratio cū fue-
 rit cōstituta, homo quid sit ostēditur. Sane etiam illud
 admonēdū hic arbitror cū à ptribus sit diffinitio posse
 contingere, vt modo totū ab oībus partibus colligatur
 vt supra ostēdimus, Modo ita partes enumerentur in
 definitione vt singulis totū sit, sic illud in cōtrouer-
 siis est, auxiliū ferre decernere. Mittendo proficisci, venire
 etiā si non pugnaueris hostes ne dimicent, terrere. Sic
 M. Tullius multis in locis, & ipse pro cornelio vbi que-
 ritur qd sit maiestātē minuere, tractat quod malā legē
 tulit quod legēdo codicē intercessionē sustulit, quod
 seditionē fecit. In quib⁹ oībus diffinitur lesa maiestas.
 Sed ita singula sunt, vt in ipsis singulis totū idest lesa
 maiestas possit ostēdi, hoc etiā pro. M. Tullio tenet vbi
 per enumerationē malorum per quos fit dolus malus
 definitio ita fit vt singulis spēbus dolus malus possit
 agnosci. hoc cū aperte positum intelligamus, tū illud
 quoq; manifestū est notionē quandā in ista diffinitioe
 non rem plenissimā contineri & lōge illā prestare diffi-
 nitionē quam supra posuimus cū genere collocato ad
 declarationē rei quæ diffinitur substantiā eius indicans
 affertur oratio. Sane adiiciendū arbitror nō esse quādā
 necessitatē in ista ptiū enumerationē vbi ē quodāmodo
 diffinitio. Si infinite partes fuerit vel plurimæ species
 quarū partitione facienda enumeratio est, non in quā
 arbitror in ista enumeratione vniuersa quæ infinita
 sunt nos debere concludere. Sufficit enī vel plurimorū
 effici enumerationem cum in infinitis non sit aliquid

DE DIFFINITIONIBVS

prætermittere vitiosū, hoc Cicero in topicis collocauit
 posse nos ius ciuile enumeratione diffinire. Quod in
 legib⁹, more æquitate cōsistit. non aut̄ totū ius enume
 ratū est. Quippe cum sit & in senatus consultus & ple
 biscitis. sed in edictis & principium iussis. Sed fortasse
 adhuc, & in aliis. Et cū enumeratis ex infinitis, aliqb⁹
 partibus notio data fuerit iuris, quid ius ciuile sit in li
 milibus existimabimus. Ergo diuisione vel partitione
 efficitur ista de qua loquimur diffinitio. Sed etiam ipsa
 diffinitione eadēq; partitione cū enumeratis vel oībus
 si pauca sint, vel multis si infinita, aut speciebus aut
 partibus ad cognitionē rei de qua queritur notionēq;
 deducimur. Sciam⁹ aut̄ definitionē à genere eē cū spēs
 enumerantur, partitionē cū partes quapropter animal
 diffiniamus huic cū sint spēs numero infinita, vt hō,
 bos, equus, leo, piscis, Item cetera, paucis enumeratis
 spēbus possumus quid sit animal declarare. At si illas
 spēs tetigero quæ differentię magis sunt quæ ipsæ tres
 esse possunt humidū, terrenū, coeleste, enumeratione
 harū rerū omniū animal diffinitū sit, hoc idē & in
 partiū enumeratione seruabis, vt si dicam⁹ mūdus est,
 mare, terra, cœlum, enumeratione partiū, sed non ta
 men omniū quid mundus sit explicatū est. At si hoc
 idem per pres alias infinitas voluerimus adhibita enu
 meratiōe quid mūdus sit, diffinire, quoniā vt. M. Tul
 lius ait enumeratio partiū sepe est infinitior, Præceptū
 nobis illud est, ne aliquod vitiū in enumeratione cre
 damus cū aliquid præterimus ea dūtaxat in re vbi ptes
 sunt infinita. Ergo poterimus dicere. Mundus est sol,
 luna, astra, aer & cuncta quæ in eo sunt, idest terra & ce
 tera quæ & si non enumeratis partibus oībus enūtiata
 proferimus

proferim⁹ ex dictis partiū similitudine cōprehēsa qđ sit mundus oñdimus. Hoc igitur modo diffinitio etiā priū enumeratione tractabitur, partes pro spēs⁹ poni rationalis licētia est, vt totū pro genere, nunquā tñ genus pro toto, aut pro parte species nominatur. Omne cuiusq; genus suas ad spēs est quasi totū. vnde totū pro genere iure dicim⁹. Eodēq; modo ptes pro specie nominabimus. Nam si ad id est genus est vocabulū quod dicitur totū, iure sociatur par ratio est pro spēbus ptes quasi sub tota appellatione enumerare. Illud tñ probe admonitū volo cum duo genera rerū sint corporalia & incorporalia in vtroq; & genus & totū accipi. Ac pari modo partes & spēs nominari, sed separata rationis propriē sectione, vt cum genus qualitatis modo fuerit nominatū ei spēs suppositas intelligere debeamus. Cū vero totū non quo qualitas eius animaduertatur, quæ significatur semp in genere, sed quasi quoddā substantiale corp⁹, vt id sectū in partes suas atq; distributum, quasi cuiusdā quantitatis recepit sectionem. Siue illud corpus sit, siue vt dixim⁹ incorporale animaduersione, vtriusq; cogitationis, quæ aut in qualitate, aut in quātitate est. Si qualitate rē appellatā velimus genus esse dicamus, & huic spēs esse suppositas, si quantitātē qñdā in eo quod totū est cōprehendim⁹ merito ac iure ptes in sectione esse dicim⁹ concesso illo abusu, & licēter accepto vt spēs prium nomine nuncupemus, Genusq; ipsum quod circa qualitātē diximus totius appellatione sine vitio proferamus, nunquā tñ quod qualitatis est, vbi totū dicendū est genus proferam⁹, nec sub toto aliquando spēs, sed semp partes nominabimus.

¶ Tertia diffinitio est quæ à nota dicitur cum vis verbi

DE DIFFINITIONIBVS

vel nōminis, quæ in cōpositione sita est rem suā facta
 quadā separatiōe designat. Fides est inquit. M. Tullius
 cū sit quod dicitur. hic itaq; prospici licet veluti sim-
 plex nomē sit fictū, atq; cōpōsitū vt in res suas obscura
 licet cōpositione resonet, pene enim syllabis rem suā
 dicentib⁹ verbum cōpositum ad id quod significat ex
 discretione cognoscimus, si sæpe verbū simplex purū
 nulla cōpositiōe cōnexū in diffinitione à nota duceat,
 vbi est ius ei⁹ quā græci appellāt ἐτυμολογίαν. At Cicero
 veriloquū sed nō pōt ex discretione quæ nulla est cōpo-
 sitiōis oñdi. sed adhibita declaratione, ac denominati-
 one quodāmodo qd sit id de quo queritur explicari, vt
 à bonitate bon⁹ & à malitia malus, & à sapiētia sapiēs.
 Et. n. cum alio res cognita est facile hoc quod ab eo est
 diriuatū, & quodāmodo dēominatū ad cognitionē de-
 ducit, vt qd sit oñdat, vt in Pisonē Cicero consulē à cō-
 sulendo ait dictū, maximeq; inquit q; vis noīs ipsa præ-
 scribit reipu. cōsulendo, & hoc diffinitionis genus esse
 dicendū est. Quāq; .M. Tullius in topicis argumenti
 locū fecerit quē nominauit cōiugatū qui est finitimus
 loco qui à nota est. Nos tñ non aliter neq; cōtra, sed cū
 pari præceptiōe diffinitionē iure dicemus, seruātes præ-
 ceptū vti cū cōpositū nomē diuisione in res suas quas
 sonat accepta id quod significat intelligamus sit diffi-
 nitio à nota. Cum aut simplex verbū vnde sit denomi-
 natū accipere cepim⁹ vt argumentū qd à cōiugato acci-
 pim⁹ vt. M. Tulli⁹ posuit, diffinitionē tñ esse dicam⁹
 quia qd sit oñdit quod propriū est diffinitionis. Hæ sūt
 tres nūc à me positæ principales diffinitiones substātia-
 les, quæ à toto est priū enumeratione nota, ita vt illa q̄
 prior est sola vere diffinitio nūcupetur, istæ autē duæ
nominis

DE DIFFINITIONIBVS

nominis honore & honestate quia id de quo querit, qd
 sit ostendūt, nō vere sed tñ diffinitiones esse dicentur.
 Nunc ad illā quæ à toto ē diffinitionē reuertamur q̄a
 ipsa in se recipere formas potest plurimas. Sed ex his
 eas quas colligere potuimus partiemur. (Sunt etenī &
 aliæ fortasse) deinde ratiōes ac differentias & exempla
 dicem⁹. Est igitur prima quæ græce οὐσιώδης. latine sub
 stantialis appellari potest. Secunda est ἐννοηματικὴ. quæ
 solam notionē subiicit. Tertia. ποιότης. quæ à qualitate
 nomē accepit. Quarta ὑπογραφικὴ. quæ à M. Tullio de
 seripitio nominat. Quinta κατὰ ἀντίληξιν. latine aduer
 bium possumus dicere. Sexta. κατὰ διάφορὰμ. latini de
 eodē & de altero nomināt quæ p̄ differentiā dici pōt.
 Septima est. κατὰ μεταφορὰμ. idest per translationem.
 Octaua est. κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντιοῦ. i. p̄ priuationē
 contrarii eius. Nona κατὰ ὑποτύπωσιν. idest per quādā
 imagiatiōē. Decima ē. ὡς τὴν ποσ. latine veluti. Undeci
 ma est. κατὰ ἐνδειαμ πλήρους ἐκ τοῦ ὁμογέμου. idest per
 indigentiam plenī ex eodem genere. Duodecima est.
 κατὰ ἐπαινόμ. idest per laudem. Tertiadecima est. κατὰ
 ἀναλογίαμ. i. iuxtaratiōē quæ proportio dicit. Quarta
 decima est. κατὰ τὸ πρῶτον. hoc est per id quod ad aliqd
 est. Quintadecima est. αἰτιώδης. causam tribuens. De
 prima diffinitione plenius in superiorib⁹ sermo con
 fectus est cum substantialis quæ sit diffinitio quib⁹sq;
 partibus compleatur ostendimus. Secunda dicitur
 ἐννοηματικὴ quā notionē non proprio noīe sed cōmu
 ni possemus dicere. In oībus enim reliq⁹ diffinitioīb⁹
 notio rei profertur nō substāialis explicatio declarat.
 Vtrū hæc quæ secūda est hoc modo semp diffinitur cū
 proposito eo quod diffiniendū est, neq; dicto eius ge
neret

DE DIFFINITIONIBVS

nere verbis in rei sensum ducentibus audientem quid illud sit de quo queritur explicatur. Estq; huic pene familiare res positas per supiecta nomina diffinire, vt si dicam, homo est quod rationali cōceptiōe & exercitio præest animalibus cunctis, hic nō qdē quid ipsum sit dixi, sed dicendo qd agat quasi quodā signo in notitiā deuocauī. Alia sunt apud. M. Tulliū in rhetoricis multa vt honestū causæ genus est, cui statim sine oratione nostra fauet auditoris animus. & itē admirabile à quo alienatus est animus eorū qui audituri sunt. Sic reliqua cum in secūdo libro adhibet diffinitiones in virtutib⁹ declarādis. Primū cū dicit quid sit ipsa virtus, ponitq; eius diffinitionē habitus naturę modo, atq; rationi cōsentaneus hic qm̄ genus posuit vt habitū diceret substantialis diffinitio est. At cum dicit memoria est per quā animus reperit illa quæ fuerant. Et itē intelligētia per quā illa respicit quæ sunt, ac pari modo prouidētia est per quā futurū aliquid prouidetur, satis clarū est nō substantialē istā diffinitionē, sed quēadmodū dixim⁹ eam quæ ἐννοηματικὴ. græce dicitur cū rei notio nō substantiali ratione pcepta, sed actu res cognita proferat. Tertia diffinitionis est spēs quæ *πολύτροπος* dicitur hæc dicendo quod quale sit ostendit, & vt supra nostrū proponem⁹ exēplum, vt facile appareat de eodē vno plures diffinitiones cōfici posse. hominē primū substantialiter diffiniuimus. Deinde secundæ diffinitionis modo notionē eius expræssimus. Nūc per tertiā diffinitionē qd homo sit explicabim⁹. Homo est vbi pietas vbi iustitia vbi æqtas, continētia vbi rursus malicia versutia, ceteraq; vitia versantur, qui ingenio valet artibus pollet, & aut cognitione rerum quod agere debeat diligit, aut
animaduersione

28

DE DIFFINITIONIBVS

animaduersione quod inutile sit cōtemnit, repudiat, reicit. his qualitatibus expræssus est homo. non enim vllū aliud animal his motibus mentis, qualitatē designātib⁹ exigit vitā sed solū hoc animal quod est homo qualitatibus in mente positis & cōstituris quasi quidā vel naturalis artifex vel vitæ gubernator implet. Hæc quidē tertia & secunda illa possunt videri quibusdā esse cōmunes. nā sepe sufficit in qualibet harū ad diffinitionē eius rei de qua querit solū eius propriū nominari, vt si dicā homo est quod ridet, hoc enī propriū hominis neq; vllius aīalis est, quo dicto tacitisq; aliis oībus qb⁹ hō possit ondi solo tamē suo proprio declaratus est. Et hoc Cicero de proprietate dixit genus esse diffinitionis quod notiōi applicari potest, vt quibusdā videtur, potest etiā huic diffinitioni quæ qualitatis sortita est nomen. Vnde quidā has duas inter se nullo fine discretas vnā esse potius cēsant, cū satis appareat illā nullis positis q̄ licetibus notionē vt supra docuimus posse cōpleri, hæc positis qualitatib⁹ qd res sit tacito et eius proprio posse ostēdere. Quartā nos diffinitionē ὕπογραφήν dixim⁹ non numerū quasi propriū collocantes, sed instituto ordine ad faciliore cognitionē vocabulū exhibitæ nūc notioni sociātes. non enī quarta quæ est ὕπογραφή quæ à nobis descriptio dicta est, quarta dicēda est. Sed quia ordo propositionis exegerat, ideo nomē numeri collocauim⁹ hoc loco. Nāq; qui quartus est Cicero de eodē & de altero diffinitionē posuit & sic. ὕπογραφήν. Quīntā constituit, sed nos omissa numerositate qd ὕπογραφή quæ à M. Tullio descriptio nominatur proposita ratione docebimus & per exemplū, quæ oratio non qd sit potius dicit. Sed adhibita circuitione dictorū factorū

f iii

DE DIFFINITIONIBVS

quid quæq; res sit descriptiōe declarat. Descriptiua ista dicitur esse diffinitio, vt cū queritur quid auarus sit, qd crudelis, quid luxuriosus, & vniuersa avari, luxuriosi, crudelis natura describitur. Quæ diffinitiois spēs dicit̃ exhortationis genere descriptio, vt luxuriosus est vict⁹ nō necessarii, sed sumptuosi & onerosi appetēs, in delicias affluens in libidinē pronus. hæc & alia diffiniunt luxuriosum, & descriptione diffiniunt, hæc diffinitio apta semp est oratori. huic enī laus dicendi p̃ circuitū tribuit̃ propter honestatē non ille aptior, & determinatus sermo qui veluti familiaris est diffinitioi quā supra substantialē esse præcepim⁹. Idcirco multis in locis. M. Tullius cū diffiniendū aliqd dicit non substantialiter præcipit esse diffiniendū, sed poti⁹ describendū, & hoc nomine vtitur vt cū querit̃ inquit. quid sit fur, & quid sit sacrilegus sua descriptione monstrandū est. Quinta spēs diffinitionis est quā κατὰ ἀντίληξιν diximus latine aduerbiū possumus dicere. hæc vocē illā de qua querit̃ alio sermone designat vno ac singulari & quodammodo qd illud sit in vno verbo positū vno verbo alio declarat, vt conticescere tacere est. Itē latus haurit apertū haurit. percutit. Itē cum terminū dicim⁹ finē aut popu-
 las interpretamur esse vastatas & ōnino cum vnus verbi rē verbo manifestare alio declaram⁹. hæc erit qn-
 ta de qua loquimur diffinitio. M. Tullius hac vsus est in topicis cū locū argumēti diffiniens dixit esse sedē ita locū nomine vno cuius rem querebat alia appellatiōe ad verbum posita per diffinitionē quid esset ostendit, sedem dicendo hoc græci κατὰ ἀντίληξιν appellant vt ἀνὴρ ἔτοιμος ἄνθρωπο. Sexta. κατὰ διαφορὰμ. spēs diffinitionis est hanc nos per dr̃nam dicimus. Scriptores vero
 artiu

27

DE DIFFINITIONIBVS

artiū de eodē & de altero nominant, vt cū queritur q̄d inter regem sit. & tyrānum adiecta differētia qd vterq; sit diffinitur. & ōnis quidē diffinitio sicuti docuimus supra non nisi appositis differētiis cōprehensioq; suo proprio quid sit de quo queritur exprimit. non tamen hoc idē videbitur esse modus iste de quo nunc loq̄mur, si quidē sola differentia eū posita fuerit inter duo de quibus queritur quid sit, vtrūq; cognoscitur. & enim in superioribus sola queq; definiūt, in hac duo q̄ si cognita sed quadā inter se cōmunionē cōfusa adiecta differētia fecernūtur per quā quid sit vtrunq; cognoscitur, vt rex est modestus & tēperat⁹. Tyrānus vero crudelis. Ex hoc illud est Terētiū pudore ac liberalitate liberos retinere fatius esse puto q̄ metu, hoc pater ac domin⁹ interest. Item. M. Tullius pro sextio. Atq; inter hāc vitam per politā humanitate & illā imānē, nihil interest quāuis atq; vis. Septima est κατὰ μεταφοράμ. idest per translationē vt Cicero in topicis litus est quod fluctus eludit. Item adolescentia est flos etatis, senect⁹ occasus etatis. Hęc varie tractari potest, modo enī vt moneat, modo vt designet, modo vt vituperet, aut laudet, vt moneat, Nobilitas est virt⁹ maiorū apud posteriores sarcina, vt designet, Caput est arx corporis, vt vituperet, Diuitiæ sunt breuis vitæ longū viaticū, vt laudet, Adolescētia ē flos etatis. His itaq; & aliis modis proferri pōt ista diffinitio in quo genere tñ illud cauendū est, ne longē sit petita trāslatio, aut turpis lōge petita, vt turba rei pub. chaos est legū. Quod Tullius pro sexto Roscio rēparit, quasi sempiterna nox esset inquit in quo etiā si sit q̄ si vt per similitudinē fit vt diffinitio Accipi potest rēpamentū accipiēs ex particula similitudinis. Turpis trā-

DE DIFFINITIONIBVS

flatio fit duobus modis. Cū honesta turpibus definim⁹
 aut turpia honestis, vt si quis patrationē diffiniens la-
 chrimas dicat veneris fatigatae quē sudorē melius no-
 minaret. Aut cōtra aliqs dicat lachrimæ sunt doloris
 patratio. huic vitio nec supior particulā tēpamentum
 tribuit. Ergo magnoperē istud vitare debemus,
 ¶ Octaua spēs diffiniōis est, κατὰ ἀφαιρέσιν τῶ ἐναντίῳ
 idest per priuantiam contrarii eius quod diffinitur, vt
 bonū est quod malū non est. hoc genere diffinitionis
 vti debemus cū contrariū notū est, Nam hęc duo cum
 ita intelligent vt alterū sine altero esse nō possit, alteri⁹
 cognitio quō fiet, nisi fuerit vtrunq; compræhensum?
 Cum igitur alterū queritur qd sit, vtiq; hac diffiniōe
 cōprehēdi nō potest, cū vtrūq; nescitur. q; se ita natu-
 raliter ligat, vt necessariā cognitionē sibi alterius cōp-
 hēsiōe cōnectat. Periclitat̄ ergo talis diffinitio, vnde
 an contrariū eius notū sit scire debemus vt hoc sublato
 fiat eius cognitio quod diffinitur. Quare meli⁹ sæpe fit
 si querētes aliqd quod diffiniēdū sit cōtrariū eius diffi-
 niamus, quo sublato illud quod queritur declarabim⁹,
 vt si bonū est quod prodest cū honestate, id quod tale
 non est malū est. Cicero in rhetoricis, necessaria demo-
 strant̄ ea quæ aliter ac dicūtur nec fieri nec probari pos-
 sunt. Ponam⁹ enī necessariū & non necessariū cōtraria,
 vt oia contraria hic nos ponere intelligas, quorū subla-
 tione id quod queritur diffiniatur. Ergo quod non est
 necessariū ita diffiniri pōt q; aliter, ac dicitur, & fieri &
 probari potest hoc cū tollo necessari diffinitionē con-
 stituo. Ergo recte fieri potest huiusmodi diffinitio. sed
 hoc modo quæadmodū docuit. Et hoc est quod. M. Tul-
 lius in partitionibus præcepit sæpe ex contrariis etiam
diffiniendū

30

DE DIFFINITIONIBVS

diffiniendū. Sub hanc diffinitionē cadunt et notiones cū accidentia tollūtur, & alia oīa quæ diuersa sunt & cū cōtraria accidentis vel cōsequētis accidētia tollūtur, vt si qs esse substantiā dicat, quod neq; qualitas, neq; quā-
titas, neq; reliqua accidentia sit cū oīa alia quæ diuersa sunt tollūtur, talis est diffinitio, vt siqs hominē diffi-
niens tollat oīa animalia vel generaliter vel specialiter. Quo genere diffinitionis de^o diffiniri pōt. Et enī cum qd sit deus nullo mō scire possumus. sublatione oīiū
existentiū quæ græci *ὄντα* appellant cognitionē dei no bis circūscripta, & ablata notarū rerū cognitione suppo-
nit. Deus est neq; corpus neq; vllū elementū neq; aīa neq; mens neq; sensus neq; intellectus, neq; aliquid quod ex his capi pōt, his & talibus sublatis qd sit deus poterit diffiniri magis si addas quod etiā diffiniri non potest id deū esse. Contrariū accidentis vel cōsequētis cū tollitur talis est diffinitio. Vigilare est vti sensibus, ^{et dormire est uti sensibus, naturaliter possunt videri} huiusmodi diffinitiones cōuenire illi diffinitioni quæ supra *ἐννοηματικῆ* dixim⁹. Verū illa ex accidentibus eius rei quā diffiniuit⁹ cōstat vel cōsequentibus. hæc ex cōtrariis. itaq; illa quæ *ἐννοηματικῆ* est, ex accidētibus fit & docet. M. Tullius Pisonē nō fuisse consulē ita, An vero reliquo tēpore consulē te quisquā duxerit? quisquā tibi veniēti in curiā assurrexit? quisquā cōsulēti respondēdū putauit? Atq; huius loci superior oīo & consequens in hac diffinitione cōsistit. Qua variis modis explicat eū nō fuisse consulē docēs etiā p ea quæ repugnant cōsuli à dictis factis cognitis, à consequētibus sic diffinit. Cōsulē animo esse oportet consilio, fide, grauitate, vigilātia, cura, toto deniq; munere cōsularatus hucusq; à cōse-
g quētibus.

DE DIFFINITIONIBVS

quētibz. Omnia enim consequētia sunt ex hoc quod dicit munere cōsulatus, vnde ἐννοματικὴ hęc erit diffinitio hoc apertius vt fiat dabo aliud exēplū. M. Tulli⁹ in eadē. Quid est aliud furere? quā non cognoscere homines? nō cognoscere leges? non senatū? nō ciuitatē? cruētare corpus suū. Ergo consequētia accidentia colligere diffinitionis est ἐννοματικὴς, eius vero quod diffiniens cōtrarū tollere hęc est illa quā octauā supra diximus diffinitio. Nona species diffinitionis est κατὰ ὑποτύπωσιν, idest p quādā imaginationē, vt æneas est fili⁹ veneris, & anchisē. hęc semp in indiuiduis versat, quæ græci ἄτομα vocant. Desideratur aut ista diffinitio circa noīa quæ homonyma sunt indiuidua dūtaxat, vt aīax & oilēus, & thelamonius. Item subuenit in eo genere dictionis vbi aliquē pudor aut metus est nominare. Me videlicet iquit. M. Tullius sicarii illi describebāt de domo sua sic. At pro Fūdānio ita descripsisti ne ei⁹ necessarium nostrum cōpetitorem istū ipm cuius nūc studio & grācia tota accusatio ista munita est in metu fuerat nominare. Ideo ergo descriptus est. Itē pro Cornelio maiestatis ipsa sunt: legite vt legebatis hinc intel ligetis nulla tenuissima suspitione describi aut significari Corneliū. hęc tñ de propriis nominibus. alia illa sit quā. ὑπογραφικὴ, diximus. superior diffinitio. Ergo à genere patria corpore. factis dictis siue casib⁹, atq; ab animo vnū illū quē volum⁹ hoc diffinitionis genere declaramus. Decima species est. ὡς τὸ πρὸς. hanc veluti diximus vt si queratur quid sit animal respondeatur vt hō sic Aristoteles dicit οὐσία ἐστὶν ὡς ἀνθρώπος rem enī quesitam subiunctū declarat exemplū, vt hoc est propriū diffinitionis quid sit illud quod querit declarare.

Vndecima

DE DIFFINITIONIBVS

Undecima spēs diffinitionis ἐ κατὰ ἐνδεῖαν πολλήρου ἐκ τῶ
 ὁμειγέντος idest p̄ indigētā pleni ex eodē genere, vt si q̄-
 rat̄ qd sit quadrās, respondeat̄, cui dodrans deest vt sit
 assis. Duodecima species diffinitionis est κατὰ ἐπαινόν.
 idest per laudē vt. M. Tullius pro cluentio, lex est mēs
 & animus, & consiliū & scientia ciuitatis, & nos quidē
 vt diffinitionē oñderemus ita posuimus exēplū. Nam
 hoc idē. M. Tullius dicēs non adhibita oratione diffini-
 tionis simpliciter collocauit. mens inquit & animus
 ciuitatis & cōsiliū & sciētia posita est in legib⁹ & vt nos
 supra docuim⁹ diffinitionē nihil aliud voluit q̄ orōnē
 esse. Ergo diuerso mō. M. Tulli⁹ protulit quod à nobis
 cōuersum orōne sua forma diffinitionis accepit, & hoc
 lōge ab illo mō distat qui fit per metaphorā non enī
 translatio est cū lex, mens dicitur ciuitatis, nec tñ gen⁹
 est vt substantialis habeatur. οὐσιώδης. consequēs enī est
 vt & per vituperationē, sed sine translatiōe ponatur sic
 videri pōt à. M. Tullio diffinitū. Seruitus est postremū
 malorū non modo bello sed morte etiam repellendū
 quanq̄ enim ita sit exorsus pax est tranquilla libertas.
 Sed inter pacem & seruitutem plurimū interest vt per
 differentiā diffinitio esse videatur, tamen quia non ar-
 ticulum illū breuiter quo distare contendit. Sed vnā-
 quāq; rem suo genere diffinitionis collationē magis
 qua distaret oñdit nō genere diffinitiois p̄ dñam. Erit
 igitur prior pacis diffinitio. ἐνωματικῆ. à cōsequētib⁹
 eius rei quam diffiniebat. Pax est tranquilla libertas.
 hæc secunda magis p̄ vitupationem nō enim aut cōse-
 quens eius est: aut aliquid horū quæ ἐνωματικῶ diffini-
 tioni dedimus, sed sola vituperatio est quæ seruitutem
 malorū omniū dicit esse postremū. Nec accipitur rur-
 sus malū

DE DIFFINITIONIBVS

sus malum quasi gen⁹ ad seruitutē, nam malū q̄litas
 est seruitus ad aliquid, vnde cum diuerse sint res malū
 genus esse non pōt ad seruitutem. Iure igitur p̄ vitupe
 ratioem facta dicitur seruitutis supra posita diffinitio.
 Tertiadecima species diffinitionis est κατὰ ἀναλογίαν.
 id est iuxta rationē quæ proportio dicitur. Cum aliqd
 quod disputari licet cum altero id esse dicitur quod il
 lud est alterū propter rationū similitudinem: sed hoc
 contingit cum maioris rei nomine res diffinitur infe
 rior: & quod hoc additur quid sit inferior. Græci sic dif
 finiunt ἀμθρωπός ἐστὶ μικρόκοσμος, id est hō minor mū
 dus. Cicero hac vsus est sic qui plurimū tribuūt edicto
 præter edictū legem animā dicunt esse. Quartadecima
 species est diffinitionis κατὰ τὸ πρόστι id est ad aliquid,
 vt pater est cui est filius, Cicero in rhetoricis. Sic genus
 ē quod plures partes āplectitur. Item pars ē quæ subest
 generi. Quintadecima spēs est ἀτιώδης. latini secundū
 rei rationē vocant, vt dies est sol super terras. Nox sol
 sub terris, vt enim aut dies aut nox sit causa est, aut su
 pra terras sol, aut sub terris. Sunt & aliæ fortasse species
 diffinitionis, verū si quis inuenerit adiciat ad numerū,
 modo illud diligenter attendat ne forte harum alicui
 specierum illud quod inueniri possit adiūgi. Nec nos
 rursus frustra aliqs existimet tot species separasse quod
 possunt sibi aliqua cōuenire. Consideratione enī ple
 nius cōmodata oēs inter se magno cernet discrimine
 separatas, teneat modo quod supra sepe præcepi solam
 vt supra illā appellari diffinitionē quæ à genere exordi
 um sumens ad propriū rei, quæ diffinitur separado per
 differentias, quæ cōmunia poterāt esse descendit. Nūc
 iam de vitis diffinitiois vt promissum est explicem⁹:
diffinitionis

32

DE DIFFINITIONIBVS

Diffinitio substantialis quã primã docuimus quã solã dixim⁹ diffinitionẽ duo vitia recipit principalia. Si ea oratio quã diffinit aut ãplius cõplexa fuerit, aut min⁹ quã res plena sit declarauit. Oportet enĩ vt oratio diffinitiuã ita cõponatur ad nomẽ cuius rem diffinit vt patrem potentiã exprimendã atq; ipsũ vocabulũ præstet conuersimq; nomẽ & diffinitio, seinuicem collata declarant. Vt si queras quid homo est, recte respondeatur Animal terrenũ, rationale, mortale, bipes risus capax, hoc rursus si conuertas homo sit optima declaratio. Querenti enim qd est animal terrenũ, rationale, mortale, bipes, risus capax, fiet recta responsio, homo est. At si ita diffinias, homo est substãtia animata sensibilis. Est quidẽ declaratio hominis. Nam hæc oĩa homo est. verum si conuertas non valebit. Non enim substantia animata sensibilis homo tm̃ est. peccat igitur diffinitio per abundantia quã amplius quã querebatur. Et oĩno peccat diffinitio quæ genus ponit quod ultra se est vicinus enim quod supra est gen⁹ magis declarat. Item peccat minus cõtinentes q̃ necesse est, vt cupiditas est aliena appetendi desideriu, quod similiter cõuersum nõ manet, quia minus cõprãhensiuũ diffinitione q̃ res nõis postulabat. Late enĩ cupiditas patet, nec sola auaritia est. ergo viciosa est diffinitio minus cõplexa q̃ querebatur. Ac si diceret, cupiditas est auaritia quã si exẽplum daret & auditorẽ transmitteret in totũ quod cupiditas est similitudinis propositione esset illa diffinendi species quã decimã collocauimus *ὡς τὸ πῶς*. Nunc non ad totũ transmissit per exẽplum, sed quasi totum cõtinentes multa à toto prætereundo peccauit. vnde non poterat fieri ad nomẽ ex diffinitione cõuersio. Hęc duo

g iii

DE DIFFINITIONIBVS

vicia si vitentur integra diffinitio est, neq; hæc sola quæ
 substantialis est, sed etiã reliquæ species. Nunc hæc de
 vitiis. Cicero eĩ in rhetoricis tria esse vitia docuit. mala
 inquit diffinitio est, cum aut communia describit hoc
 modo. Seditiosus est is qui malus est atq; inutilis ciuis.
 Nam hoc nõ magis seditiosi, q̃ ambitiosi, q̃ calũniato
 ris, q̃ alicui⁹ hominis improbi vim describit, hæc diffi
 nitionẽ diximus abundantia esse vitiosam. Aliud vi
 tium adiungit ita aut falsum quiddã dicat hoc pacto.
 Sapiẽtia est pecunię acquerẽdã intelligentia. hoc vitiũ
 Cicero adiecit præter illa duo quæ dixi. Tertiũ enim
 ipse posuit quod à nobis secundũ est constitutũ. Ita enĩ
 ait aut aliqd nõ graue nec magnũ cõtines sit. Stultitia
 est inense cupiditas gloriæ. hoc ideo peccat quia min⁹
 cõprehẽdit, quod sic exprimit. M. Tulli⁹. Est hæc quẽ
 stultitia, sed ex parte quadã non ex õni genere diffinita.
 Præter hæc idem. M. Tullius in secundo rhetoricorum
 adiecit duo vitia, si aut turpis sit aut inutilis diffinitio.
 id autẽ (vt ipse ait) ex honestatis & utilitatis partibus sit
 metur. Ac de turpi diffinitione nos in superioribus
 diximus cũ diffinitionẽ per translationẽ tractaremus,
 sed illud vitiũ in verbo est. Fieri aut potest, vt oĩs oratio
 inhonesta cõtineat, vt inutilia cõprehendat. In philip
 picis. M. Tulli⁹ in oratione prima docebat ab antonio
 cæsaris acta subuerti, & id denegabat antoni⁹. Attulit
 vterq; diffinitionẽ, vt ostenderet quid sit actũ eius qui
 rogatus cũ potestate in ciuitate verferetur. Docui in supe
 rioribus asserẽde diffinitionis partes esse quatuor, pri
 mã esse diffinitionẽ, secundã approbationẽ diffinitio
 nis. Tertiã deductionẽ diffinitionis ad spẽm. Quartã
 destructionẽ diffinitionis aduersæ partis. Cicero actũ
 eius

eius qui sit in repub. diffinit Leges esse, antonius chirographa. Ergo sua oratiōe Cicero & diffinit & approbat, & deducit ad speciē, & destruit diffinitionem aduersæ partis. Diffinitio est hæc & qd ē quod tam proprie dici possit actum eius qui togatus in repub. cum potestate imperioq; versat⁹ sit, q̄ lex? deīde subiūgitur eius diffinitionis approbatio. Quære acta Græchi, leges Sempronie proferētur? Quære Sulæ, Corneliæ. quid? Gn. Pompeii tertius consulatus, in quibus actis consistit? nempe in legibus. hæc probatio est. Deinde adiūgitur deductio diffinitionis ad speciē à Cesare ipso si quæres quid nam egisset in vrbe & toga leges multas respōderet se, & præclaras tulisse. Sequitur reprehensio diffinitionis aduersæ partis eaq; fit bipartito, aut enim ex illis oībus vitiis aliquid in ea reprehensione concluditur, aut concesso quod aduersarii dicunt per, cōparationem magis hoc esse quod nos dicimus, approbamus hic ut in op. M. Tullii facit. Nam & de vitiis illa ponit vt falsam diffinitionē doceat & turpem & inutilem. Ac deinde concedēs magis suā confirmet diffinitionē, dicatq; potiorē falsam diffinitionē sic Cicero probat excutiendo quod conseqēs sit. his enim probatur falsa diffinitio si suū propriū nō habeat, si magis contrariū habeat, si consequens suū non teneat, si aliter dicta sit atq; in vulgi est opiniōe. Hic ergo quoniā queritur qd sit actum togaticius in repub. cum potestate degētis, dictumq; est nihil aliud esse q̄ leges aduertendū quid antonius dixerat chirographa esse consequentia diligēter aduertens falsam docet diffinitionē, sic is qui est in potestate est in repub. cum egerit aliquid actū mutare nō potest hoc cōperit legi, vt cū lata sit nunq̄ à latore

DE DIFFINITIONIBVS

mutetur. At vero chirographa quia domesticus actus est hanc consequentiã habent, & vt mutantur & sæpe non proferantur. Ergo. M. Tullius ita repræhendit chirographa actum non esse, quia consequentes nõ habet actus dicens. Chirographa vero aut mutaret, aut non daret, aut si dedisset non istas tres in actis suis duceret, sed quia per concessionem repræhensi, sed ea ipsa cõcedo quibusdã etiã in rebus conuico, in maximis vero rebus idest in legibus acta cæsaris dissolui ferendũ non puto. Adiungit post hæc repræhensionẽ similiter duplicẽ, vnam ex vitiiis vt & turpẽ diffinitionem dicat & inutilem. Deinde concedat conclusurus ex cõparatiõẽ suam potiorem nisi forte quid memoriæ causa retulit in libellum id numerabitur in actis, Et quis inquit & inutile sit defenditur. æquitas virtus est, Virtus autẽ ipsa honestũ. ergo iniquitas turpis est. Quia turpitude contraria est honesto. Sic igitur turpẽ & inutilem ipsis verbis repræhendit diffinitionem Deinde adicit postremũ illud per concessionem, quod ad populũ centuriatis comitiis tulit id in actis cæsaris non habebitur. hæc acuta quoq; satis esse dixi.

τέλος

